BIBLIOTHECA MOGUNTINA


LIBRIS
SÆCULO PRIMO TYPOGRAPHICO
MOGUNTIÆ
IMPRESSIS INSTRUCTA,
HINC INDE
ADDITA INVENTÆ TYPOGRAPHIÆ
HISTORIA,
A
STEPHANO ALEXANDRO WÜRDTWEIN,
EPISCOPO HELIOPOLENSI, SUFFRAGANEO WORMATIENSI.



S. Eberhardi Camerarij Maguntini famil. de Sulgeloch. a. 1293.

K. KREISBIBLIOTHEK REGENSBURG

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
IMPENSIS CHRISTOPH. FRIDERICI BÜRGLEN.
MDCCLXXXVII.



BIBLIOPHILE

IN PAUCIS DILECTE!

Antequam ingrediamur Bibliothecam, scrinia librorum Typographiæ Seculo primo in Aurea urbe impressorum perscrutaturi, fidem nuper datam pro virili persolvam, de Bibliothecis nostræ Metropolis antiquioribus ex adversariis meis Tibi pauca enarraturus.

In primo *S. Crescentis* Episcopio, ubi verbum Dei prædicare, sacros utriusque Testamenti codices explanare, Ministros novellæ Ecclesiæ instructos instituere, perque illos legem Evangelii disseminare &c. oportuit; prima jam Bibliothecæ fundamenta fuisse jacta, facile persuasum mihi.

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI CODEX SUBIN BIBLIOTHECA SACRA APPELLATUR. SIC COLLECTIO SACRORUM LIBRORUM, QUOS D. HIERONYMUS TRANSTULIT, D. HIERONYMI BIBLIOTHECA DICITUR.

Nam simul ac scire & sapere natum est, mox etiam scribere: & istud esse cum fructu non potuit, nisi ut libri adservarentur & disponerentur & ad præsentium & posterorum usum. In hisce vero longius haud immoror; neque commemoro litterarum culturam sub Ecclesiæ Mogun-

tinæ Præſulibus *Maximo*, *Sidonio &c.* & doctrina & eruditione clariſſimis propagatam; feſtino potius ad ævum *S. Bonifacii*, quo ſiſtitur nova ſtudiorum epocha. Archipræſuli noſtro litteræ nunquam non in deliciis fuere; hinc etiam ex Anglia ſibi ab amicis libros, ſanctorumque Patrum & eruditorum lucubrationes mitti enixe ac frequenter obſecrabat, ut *Prophetarum libros* ep. XI. *S. Petri epiſtolas* & quidem ob ſuam erga illum obſervantiam religionemque ſummam litteris auratis conſcriptas ep. XXXI. *Quæſtiones Auguſtini* Anglorum Apoſtoli & ad eas *D. Gregorii* reſponſa ep. XXXV. ejusdem *S. Gregorii epiſtolas* ep. V. *Commentarios in D. Pauli epiſtolas* ep. XXVIII. ven. *Bedæ commentarios* ep. XLIV. omnigenos *Sanctorum Patrum tractatus* ibid. *Sanctorum Martyrum acta*, ep. XXXV.

Ipſemet *Bonifacius* pro inſtruenda hac Bibliotheca libros conſcripſit, quos recenſet *Arnoldus Wion lib. V. p.* 688. *Ligni vitæ*: ubi ait: Scripſit *S. Bonifacius* plurima opuſcula, doctrina catholica referta, inter quæ feruntur *contra hæreticos liber I.* - qui aſſervatur MS. in monaſterio Fuldenſi - *Pro rebus Eccleſiæ liber I.* - *De fidei unitate lib. I.* - *Inſtituta Synodalia* - *De ſuis in Germania laboribus* - *ad Ethebaldum Regem liber I.* - *de ſua fide, doctrina & religione liber I.* - *de Virtutibus & Vitiis carmine lib. I.* - *Epiſtolarum ad diverſos lib. I.* - *Vita S. Livini Epiſcopi & Martyris*, quam extare MS. refert *Molanus* - *Vita S. Libuini Epiſcopi & aliorum nonnullorum Sanctorum.*

Neque ſine libris fuit Antiſtes noſter Friſiis Chriſtum ad mortem usque nuntians; ſic enim *Othlonus in vita S. Bonifacii lib. II. c. XXVI.*

„ Necdum vero hujus ſalutiferæ admonitionis verba a *S. Bonifacio*, „ diſcipulos ad coronam Martyrii incitante completa ſunt & ecce furens „ multitudo paganorum cum gladiis omnique infeſta armatura ſuper eos „ irruit, eorumque corpora felici cœde cruentavit. Quod cum feciſſent, „ confeſtim victricem damnationis ſuæ cauſam augentes, primo quidem „ ingreſſi ſunt caſtra & omnia, quæ illic erant repoſita, tam in libris quam

„ in

„ in capſellis reliquiarum ſuarum abſtulerunt, arbitrantes ſe in eis reper- „ turos multos auri & argenti theſauros Poſt hæc tractare & conſu- „ lere ſtatuerunt, qualiter illum, qui putabatur inventus eſſe, auri & ar- „ genti theſaurum, invicem dividerent. Cumque prolixius, de tantæ „ pecuniæ ſermocinantes diviſione, nequirent rem pacifico conſenſu defi- „ nire, tanta inter eos ſubito diſcordia & diſceptatio exorta eſt, ut eodem „ furore, eadem veſania, eisdem armis, quibus antea Sanctos Martyres „ jugulabant, ſemetipſos mutua condigna cœde necarent, juſto Dei ju- „ dicio illis occurrente & in tam reprobum ſenſum cadere permittente, „ ut eundem gladium, quem evaginaverunt ad interficiendos ſalutis ſuæ „ miniſtros, transfigerent in corda ſua. Hujusmodi igitur ſtrage finita, „ qui ſupererant iterum de pecuniarum opinione gaudentes concurrebant, „ & fractis librorum repoſitoriis, pro auro volumina, pro argento divinæ „ doctrinæ chartas reperiebant. Unde ſolita dementia arrepti, eosdem „ libros, quos invenerunt, alios quidem per campi planitiem, alios vero „ per paluſtria loca diſperſerunt; quosdam autem in quibuslibet locis in- „ congruis projicientes abſconderunt.

„ Verumtamen Omnipotentis Dei gratia, ut clareſceret, quanti eſſet „ meriti, cujus iidem fuerant libri, poſtea magno temporis ſpatio trans- „ acto, reperti ſunt intemerati & ad eccleſias, in quibus usque hodie ha- „ beri poſſunt, a ſingulis inventoribus reportati. Inter eosdem vero li- „ bros repertus eſt S. Evangelii liber, quem beatus vir pro ſanctitate ſua „ ſecum jugiter ferre ſolebat. Hic ergo quamvis gladio acuto, ut adhuc „ inſpicientibus probari valet, per medium inciſus fuerit, nullius tamen „ litteræ integritatem eadem inciſione perdidit Mirabilius namque „ videtur quod nulla inciſi libri littera delebatur, quam ſi nullum inciſio- „ nis ſtigma per ferientem gladium in libro reperiretur. *

 Ex

* Joannis non bene notat, cum ait: Iſte codex cum aliis nonnullis, de quibus ſu- pra, in ſacrario Fuldenſi hactenus adſervatur, teſtibus *Serario & Browero. Mabil- lon.* h. l. *p.* 84. nam liber Evangeliorum *Fuldæ* hucusque aſſervatus integer & illæ- ſus;

Ex libris ſupra fatis, ut meminit *Georgius ab Eckart Rer. Francic. lib. XXIV. p.* 539. recuperati ſunt ſubinde permulti, quorum aliqui in Bibliotheca *Haſſò-Caſſelana*, tres vero *Fuldæ* ſuperant maximi præ cæteris æſtimandi. Hos graphice deſcribit *Schannat vindem. litterar. Coll. I. pag.* 217. *ſeq.*

Primus autem *Codex* argenteis fibulis ac lamellis exculptus habens in altum pollices XIV. in latum VI. folia vero ex membrana tenuiſſima prope CCCCC. Hæc ejusdem argumenta I. *Harmonia IV. Evangeliſtarum* in Canones & numeros diſtincta cum præfatione *Victoris Epiſcopi Capuæ.* II. *Tabula indicans lectiones* in Eccleſia recitari ſolitas, quæ potiſſimum deſumptæ ex epiſtolis *B. Pauli*, diſtribuuntur per integrum anni circulum ordiendo a Dominica prima adventus. III. *Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli* eo, quo in vulgata exſtant, ordine, niſi quod poſt I. & II. *ad Theſſalonicenſes* ponitur illa *ad Coloſſenſes*, quam immediate ſequitur *ad Laodicenſes* apogrypha. IV. *Quibus locis Apoſtoli jaceant.* Sub hoc titulo deſignantur urbes, in quibus non Apoſtolorum tantum ſed & Evangeliſtarum aliorumque ſanctorum corpora in veneratione tum temporis habebantur. V. *Actus Apoſtolorum* dividuntur non in XXVIII. capita ut paſſim, ſed in LXXIV. quorum prima vocabula minio adſcripta ſunt. VI. *Epiſtola S. Jacobi ad diſperſos*, quam ſequuntur reliquæ Canonicæ *SS. Petri*, *Joannis* & *Judæ*, iis præfixa eſt præfatiuncula ad *Euſtochium* virginem, non adſcripto nomine *Hieronymi.* Opus a plerisque rejectum ut ſpurium. VII. *Apocalypſis* ad cujus calcem exſtant verſus *Damaſi* Papæ in *B. Paulum* Apoſtolum editi *in Bibliotheca Patrum.*

Alter Codex membranaceus folio breviori, gladiis punctim cœſimque transverberatus. Series argumentorum in eo contentorum hæc eſt: I. *Incipit epiſtula Papæ Leonis* directa ad *Flavianum* Epiſcopum II. *Dilectiſſimo fratri Theodoro* Epiſcopo forojulienſi *Leo Epiſcopus.* III. *Incipit Diſpu-*

ſus; alius vero codex, de quo infra, gladiis punctim atque cœſim dilaniatus atque peſſime habitus eſt.

Diſputatio beati Cerealis Epiſcopi contra *Maximinum* Ariomanitam. IV. *Incipit epiſtula Agnelli* ad *Arminium* de ratione fidei. V. *Incipit libellum Fauſti* confeſſoris. VI. *Incipit fides edita S. Ambroſii* Epiſcopi de Spiritu Sancto. VII. *Incipit teſtimonia de Patri & Filio & Spiritu Sancto* de uno Deo in Deutheronomio. VIII. *Incipit regula fidei Catholicæ* facta a Nicena. IX. *Incipit regula fidei Catholicæ* ſecundum CCCXVIII. Patres. X. *Incipit regula fidei Catholicæ* contra omnes hæreſes. XI. *Incipit explanatio fidei Catholicæ.* XII. *Incipit ſancti Ambroſii* de bono mortis. XIII. *Noticia regionum* & civitatum, quibus ſanctorum Apoſtolorum & Evangeliſtarum venerabilia corpora requieſcunt. XIV. *Synonymorum Iſidori* Epiſcopi libri II.

Tertius Codex Evangeliorum ſimplici corio obductus formæ octavæ minoris ac prope quadratæ, integer & illæſus, conſtat foliis ex rudi membrana LXIII. Initium cujusque Evangelii, quadro coloribus variegato incluſum eſt, quemadmodum & qui ex adverſo depictus cernitur Evangeliſta, capillo flavo, veſte cœrulea, pallio purpureo flavis itidem ductibus interſtincto, ſtilum & tabulas ceratas, pro more ſcriptorum veterum in manibus geſtans.

DE
BIBLIOTHECA ECCLESIÆ METROPOLITANÆ
A SECULO VIII. EXEUNTE.

Quanto opere *Carolus* a rebus pro religione & regione fortiter & præclare geſtis cognomento *Magnus* litterarum ſtudia promoverit, e datis ad Epiſcopia & monaſteria encyclicis manifeſtum fit; ait autem in illis: „ Hortamur vos litterarum ſtudia non ſolum non negligere, verum etiam „ humillima & Deo placita intentione ad hoc certatim diſcere, ut facilius „ & rectius divinarum ſcripturarum myſteria valeatis penetrare; cum au- „ tem in ſacris paginis ſchemata, tropi & cætera his ſimilia inſerta inve-

„ nian-

„ niantur, nulli dubium est, quod ea unusquisque legens tanto citius „ spiritualiter intelligit, quanto prius in litterarum magisterio plenius in- „ structus fuerit; tales vero ad hoc opus viri eligantur, qui & volunta- „ tem & possibilitatem discendi & desiderium habeant alios instruendi & „ hoc tantum ea intentione agatur, qua devotione a nobis præcipitur. „ Optamus enim vos, sicut decet Ecclesiæ milites & interius devotos & „ exterius doctos castosque bene vivendo & scholasticos bene loquendo: „ ut quicunque vos propter nomen Domini & sanctæ conversationis nobi- „ litatem ad videndum expetierit, sicut de aspectu vestro ædificatur visus, „ ita quoque de sapientia vestra, quam in legendo seu cantando peceperit, „ instructus Omnipotenti Domino gratias agendo gaudens redeat. *Schannat in Codice probat. Histor. Fuldens. p.* 82. e *Sirmondi Tom. XV. Concil. An.* 787. Idem Imperator in diplomate fundationis Episcopatus Osnaburgensis An. 804. sic præscribit: „ Ea de causa statuimus, quod in eo- „ dem loco græcas & latinas scholas in perpetuum manere ordinavimus, „ nec unquam clericos utriusque linguæ gnaros deesse confidimus.

Quod exinde Episcopia & monasteria totidem seminaria virorum omnigena eruditione clarissimorum extiterint, optatus docuit eventus; cum vastissimum de doctis Moguntinis elenchum de seculo in seculum communicare valeamus. Hos inter eminent seculo nono Archipræsules *Richolfus* & *Rhabanus*, ille excellenti admodum ingenio in *Caroli M.* aula præpotens a decretalibus *Isidori* ex Hispania allatis famigeratissimus; hic ab editis tot lucubrationibus, quæ solæ integram constituant Bibliothecam, universo notissimus. *Benedictus levita*, qui *Ludovici Pii* filiorum temporibus scripsit, in *præfatione libri V. capitularium* sic ait: „ Hæc „ vero capitula, quæ in subsequentibus tribus libellis coadunare studui- „ mus, in diversis locis & in diversis schedulis, sicut in diversis Synodis „ & placitis generalibus edita erant, sparsim invenimus, maxime autem „ in sanctæ Moguntiacensis metropolis Ecclesiæ scrinio a *Riculfo* ejusdem „ sanctæ Sedis metropolitano recondita.

Fata

Fata hujus Bibliothecæ inter ſeptem miranda Germaniæ ſpectamina jure merito numeratæ ex incendiis & belli injuriis perpeſſa prolixius hic (ne refricetur animi mœror) commemorare nolumus. Indicaſſe ſolummodo ſufficiat, quod tempore belli tricennalis a Suecis miſere fuerit expilata, libris impreſſis & codicibus manuſcriptis majore ex parte ablatis. Eorundem plures in Bibliothecam Ducalem Saxo-Gothanam perveniſſe, prodit ejusdem Catalogus codicum manuſcriptorum ab *Erneſto Sal. Cypriano* editus & *Lipſiæ an. MDCCXIV.* impreſſus. Qui 1. pag. 3 nro. XVII. recenſet *quatuor Evangelia cum Canonibus Euſebii & Capitulari evangeliorum anni circuli.* Manus recentior adſcripſit: *Iſte liber pertinet ad librariam ſancti Martini Eccleſiæ Moguntinenſis.* 2. Aſſervantur ibidem juxta pag. 5. num. XXXI. *Expoſitio myſtica ſuper librum Pſalmorum edita per Fr. Nicolaum de Lyra*, cujus compacturæ inſcriptum eſt: *Hunc librum legavit Dominus Nicolaus de Lapide Senior Canonicus Eccl. Mogunt. orate pro eo*, is obiit an. MCCCLXXXII. 3. Pag. 7. num. XLIV. *Epiſtolæ Pauli* latine cum commentariis Codex iſte, ut ejus initio videre eſt, ad librariam *S. Martini Eccleſ. Mogunt.* olim pertinuit. 4. Pag. 10. num. LII. Codex antiquiſſimus Moguntia huc allatus, quo continentur *Auguſtini* liber de *Paſtoribus*, cui ſermo de *Ovibus* ſubjicitur ſine inſcriptione & *Evangelium Joannis* latine cum expoſitione *Auguſtini* homiliis non dinumeratis, niſi quod littera major & ornatius picta ordiatur ſermones ſingulos, qui hodie tractatus vocantur. Homiliæ ſecundæ initium: *Bonum eſt fratres Kariſſimi.* 5. Pag. 11. num. LIII. *Categoriæ ſancti Auguſtini egregii Philoſophi.* In fronte præfert liber *Alcuini* verſus, quos nuper Benedictini *operum Auguſtini Tomo primo pag.* 620. inſeruere. Sequuntur eodem volumine *Auguſtini libri XXII. de civitate Dei.* Præmittitur prologi nomine cap. XLIII. *Lib. II. Retractionum.* Codex admirandæ antiquitatis, nitidiſſimus & pulcherrime ſcriptus compactusque foliis magnis atque latis, ut quadrato propior videri poſſet. Poſt prologum librorum *de civitate Dei* hi additi ſunt verſus:

 Hoc

Hoc ſunt undeni bis quinque volumine libri,
Præcipuus Doctor quos *Auguſtinus* & auctor
ediderat primus, divino flamine plenus:
Hos preſul ſummus nec honore minore colendus
Williſus theca conſcribi juſſit in iſta,
ipſeque cum propriis emendans cautus alumnis
ſervitio Sancti Martini jure perenni
tradidit hoc pacto, viventum ut denique libro
deletus pereat, ſi quis hinc tollere temptet
hos Codices unquam, juſtamque Dei incidat iram. Amen.

Quod autem iſte Codex pertinuerit ad Bibliothecam Metropolitanam tum ex his verſibus, tum ex verbis folio Codicis ſecundo adſcriptis patet, ibidem legitur: *Iſte liber pertinet ad librariam S. Martini Eccleſiæ Moguntinenſis.* M. * Syndicus SSt. 1479.

De hoc Codice, quem Willigiſanum vocat, *Chriſtianus Schlegelius* peculiarem ſcripſit epiſtolam, Catalogo Cypriani ſubjunctam, a pag. 1-26. 6. Pag. 12. num. LIV. Codex antiquiſſimus, quo continentur: I. *Capitula Regum Francorum* ab *Anſegiſo* collecta. II. *Capitularium libelli tres* poſteriores a *Benedicto Levita* collecti. III. *Capitulare Tribur-rienſe.* IV. *Series Imperatorum*, quæ in hæc verba deſinit: *Poſt diſceſſum Karuli imperavit Hhluduvvicus ejus filius.* Obito eo -. V. *Leges Salicæ* a I-LXIX. VI. *Leges Ribuariæ* ſub titulis CXXIV. VII. *Leges Longobardorum* cum hac inſcriptione: *Incipiunt Capitula Legis Regum Longobardorum ſeu Concordia de ſingulis cauſis, quos Rothari, Grimvald, Liutprant, Ratgis, Aiſtulf, conſtituerunt omnes inſimul adunatæ & concordatæ, ut legem quærentibus facilius invenire queant, quod cupiunt.* Habet capitula LX. VIII. *Lex Alamannorum.* Habet capitula XCVI.

IX.

* Fuit is *Macarius de Buſeck* tum temporis Canonicus & Syndicus Collegii Metropolitani.

IX. *Lex Bajoariorum* capitulis CCXXIV. X. *Leges Domini Caroli præstantissimi Imperatoris.* Continet capitularia VI. quorum primo hæc præmittuntur: *Incipiunt capitula Legis Salicæ, quæ constituit Dominus Karolus Imperator.* XI. *Codex Theodosianus.* XII. *Incipit edictum, quod renovavit Domnus Rotharius Rex gentis Longobardorum.* Absolvitur capitulis CCCXCV. XIII. *Leges quas addidit Luitprandus* capitulis CLIV. XIV. *Leges quas Ahistulf Rex adjunxit.* XV. *Alia capitula Domni Hludowici & Chlotharii filii ejus, quæ perscribenda & ab omnibus observanda sunt.* XVI. *Rescriptum consultationis sive exhortationis Episcoporum ad Domnum Hhludowicum Imperatorem.* XVII. *Multa alia Regum & Episcoporum Galliæ.* Folio primo hujus præclarissimi Codicis a Syndico Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ anno 1479. inscriptum est: *Anathema sit, qui hunc librum a dicta libraria alienaverit seu alienationis specie detinuerit extra eandem* (librariam nimirum S. Martini Ecclesiæ Moguntinensis) 7. Pag. 47. num. VI. *Expositio Psalmi* CXIIX. Hunc librum *Petrus de Udenheym* legavit Ecclesiæ Moguntinensi. Is Decanus ædis majoris erat & diem supremum obiit an. MCCCCXLVIII. 8. Pag. eadem 7. num. XII. *scripta super Apocalypsin & una quæstio: utrum omnes libri nostræ bibliæ & præcipue tales quoad omnes assignificationes suas in sensu litterali sint divini seu divina revelatione conscripti, item super capitulo II. Johelis, item alia varia ibidem, item tractatulus de lege Sarracenorum destruenda & sententiarum suarum stultitia confutanda.* Compacturæ libri inscriptum est: *Legatio Magistri Joannis de Lutra Sacræ Scripturæ Licentiati, prædicatoris hujus Ecclesiæ. Orate pro eo.*

Folio primo hæc inveniuntur a manu diligentissimi custodis Bibliothecæ Moguntinensis: *Iste liber pertinet ad librariam sancti Martini Ecclesiæ Moguntinensis.* M. Syndicus SSt. anno. 1479. 9. Pag. 101. num. XI. *Machabæorum libri priores.* Hic Codex ante DCC. annos scriptus atque Moguntia huc allatus initio hæc habet: *Incipit capitulatio libri Machabæorum &c. &c.*

Quæ ad Bibliothecam Guelpherbytanam translata ſunt Librariæ Moguntinæ volumina, ſuggeret Catalogus illius Bibliothecæ; hinc inde etiam aliqua reperies allegata in Scheidii Originibus Guelphicis T. 4. p. 98. 173. &c.

Quænam in Sueciam & aliorſum devecta fuerint? Norint cælites. Superſunt hodie in Bibliotheca Moguntina libri ad incunabula Typographiæ pertinentes bene multi; nec non codices Manuſcripti ſumme venerandi, qui ſecundum meritum ſi recenſeantur, præſtantiſſima occurrent ſcripta *Origenis*, *Chryſoſtomi*, *Hieronymi*, *Auguſtini*, *Ambroſii*, *Ephrem*, *Prudentii*, *Gregorii M. Bonifacii*, *Rhabani*, *Haimonis* & aliorum. *Gratiani* præterea *Decretum* nitidiſſime, litteris aureis in pergameno, *Gregorii Decretales*, itidem litteris aureis in pergameno, *Clementinas*, *Extravagantes*, *Digeſtum vetus*, *Infortiatum*, *novum* fol. regali, *Avicennæ* opera, *Galeni* & *Averrois* nonnulla fol. *Vitas Patrum nonnullorum* fol. *Hiſtoriam Pontificum* fol. *Martini Poloni Chronicon.* fol. *Catalogum Archiepiſcoporum Magdeburgenſium* fol. *de illuſtribus viris ordinis Canonicorum Regularium* fol. Ut ſcriptorum, quos claſſicos vulgo vocant, *Homeri*, *Terentii*, *Salluſtii*, *Ciceronis*, *Horatii*, *Senecæ*, *Suetonii*, *Claudiani*, *Macrobii*, item & *Boëtii Codices* taceamus & *Catholicon.* &c. &c. &c.

Bibliothecam hanc rariſſimis refertam cimeliis, ut quilibet in boni publici incrementum ex ea haurire poſſit, illuſtriſſimum Capitulum Metropolitanum ſtatis diebus apertam eſſe voluit.

DE BIBLIOTHECA MONASTERII AD S. ALBANUM.

De *Schola & Bibliotheca Monaſterii S. Albani* vix non omnia nobis invidit documenta temporum calamitas. Hæc pauca ſuperſunt:

Ad an. DCCCXCIIII. jam celebrem *S. Albani* ſcholam e *Trithemii Chronico Hirſaugienſi* diſcimus: Claruit, inquit, circa hæc tempora apud *Moguntiam* in monaſterio *S. Albani Rupertus* monachus undecunque doctiſſi-

doctiſſimus, græcæ & latine peritus, qui ſcholæ monachorum in eodem loco publice præſidens multa ingenii ſui monimenta poſteris reliquit. Idem *Trithemius* in dicto Chronico ad an. DCCCCX. notat: Eodem anno *Adelbero* monachus hujus cœnobii S. Aurelii Hirſaugienſis, diſcipulus *Linthelmi*, ſcholaſticus factus eſt in monaſterio *S. Albani* prope *Moguntiam*, ubi magna tunc viguit multitudo monachorum, quos cum glorioſe in omni ſcientia ſcripturarum tam ſecularium, quam divinarum inſtrueret, magnam eruditionis ſuæ famam apud omnes in circuitu homines acquiſivit, qui poſt paucos annos per Archiepiſcopum *Herigerum* Abbas *S. Ferrutii* factus eſt; erat enim vir dignus honore non ſolum propter incomparabilis ſcientiæ doctrinam, qua præ cœteris multis fuit inſignis, ſed etiam propter prudentiam & vitæ omnimodam ſanctitatem.

Ad an. MCXXIV. *in Chronico Spanheimenſi* refert: *Bernhelmus I.* hujus monaſterii Spanheimenſis Abbas inſtitutus eſt . . . Is puer ingenio promptus & docilis imbuendus litteris ad ſcholas mittitur & præceptores aſſecutus bonos, non ſolum in ſcripturarum ſcientia probe inſtituitur, ſed moribus etiam optimis decoratur. In utroque valde profecit cum tempore & virtutibus evaſit clarus ſimul & eruditione; quantumque ætatis augmento progreditur, tanto amplius ſcientia illuſtratur. Poſt hæc nutu divino monaſterium *S. Martyris Albani* prope *Moguntiam* ingreditur & coma depoſita monachum juxta regulam ordinis profitetur. Qui cum adhuc juvenis eſſet ac ſtudiis litterarum ſatis idoneus, præcepto Abbatis magiſtro ſcholarum inſtituendus ad altiora committitur & cum ætate proficiens in omni varietate ſcripturarum doctiſſimus habebatur. Unde proficientibus meritis propter omnimodam ſcientiam ſcripturarum magiſter ſcholarum in eodem monaſterio, tandem presbyter factus, inſtitutus eſt, ipſumque docendi munus non ſecus ſcriptis, quam lectionibus quotidianis magnifice per annos decem adimplevit.

Ad an. MCLXXIV. *in Chronico Hirſaugienſi* memoratur: Cui (*Craftoni*) *Adelgerus* monachus & cuſtos monaſterii mei Spanheimenſis ſucce-

 dens

dens præfuit annis ſex, menſe uno ac diebus tantum tribus, qui ante religionis ingreſſum multo tempore ſcholæ publicæ apud *Moguntiacum* præfuit & multos inſignes diſcipulos poſt ſe reliquit.

Georgius Wicelius ante annos ducentos perluſtrandæ *S. Albani* Bibliothecæ facultatem habuit, hæcque de illa memoriæ prodidit in ſuis exercitamentis: Equidem ipſe in Bibliotheca *S. Albani* Martyris apud *Moguntiam* ante exuſtam a ſchismaticis Baſilicam, reperi vetuſtiſſimos Codices manu monachorum Benedictinorum olim ſcriptos, e quibus manifeſtiſſimum eſt, uſum græcitatis extitiſſe in miſſa publica. Ibi legi Doxologiam, nos dicimus: *Gloria in excelſis Deo*, in græco non ſolum ſcriptam litteris tamen latinis, ſed ad cantum etiam choralem adaptatam; unde liqueat græce apud nos cani ſolitam. Vidi ibidem in eodem Codice ſymbolum Apoſtolorum & Triſagion & hymnodiam, cæteraque græcanica notis muſicis interſtincta, ne nobis clam eſſet, *Credo*, *Sanctus*, *Agnus* &c. in Romana Eccleſia ad cultum divinum, græca interdum dialecto decantata fuiſſe.

DE
BIBLIOTHECA MONTIS SPECIOSI.

Bibliothecæ *S. Jacobi* in monte ſpecioſo anno MDXII. cuſtos erat *Wolfgangus Treflerus*, qui eandem ſic deſcribit:

Venerabili in Chriſto Patri ac Domino *Joanni* Abbati monaſterii montis caſtrenſis Specioſi, ſeu ut vulgo placet, *Sancti Jacobi* prope & extra muros Moguntinæ civitatis frater *Wolffgangus Trefler* Auguſtenſis ſuus in obſervantia regularis diſciplinæ ordinis ſancti *Benedicti* obedientiarius filius ſalutem dicit plurimam. Cum jam pridem obſervantiſſime pater tuis juſſionibus, ut par erat, obtemperans Bibliothecæ curam gererem non requies fuit ulla laborum, ni prius omnibus reviſis ſciſſem quid officii mei noſtra retentaret officina. Variis ergo voluminibus inſpectis

ſpectis imo omnibus ac ſingulis non potui non condolere, ſtudioſis lectoribus (qui non jam quid ſed & quis dicat ſcire neceſſarium putant) intuitus complures (negligentia ut reor ſcriptorum) Codices ac volumina ſine titulo, ſine certo auctore. Ea ipſa igitur re permotus (præſertim cum illud quoque placere ſtudioſis quibusque haud obſcure intelligerem & maxime tibi pater humaniſſime, qui & inventarium conſcribere jam pridem Bibliothecæ noſtræ mandaras) titulos librorum ac nomina auctorum eorundem per diverſa volumina reſperſorum in unum breve comportare ſtudui. Primo loco nomen auctoris ponens, dein gradus, dignitates nec non prædicata cuilibet magis propria, poſtremo titulos librorum ac eorundem exin principia, ſperans id profuturum haud modice nonnullis, tibi quoque optime Abba non fore ingratum. Optimi enim viri patrisque cum vices ſis aſſecutus, non decent te niſi optima, ad quæ nimirum conquirenda non vulgariter amor juvat litterarum. Laudatur *Plato* a viris graviſſimis, quod eos rerum publicarum gubernaculis præeſſe voluerit, qui aut eſſent ſapientes aut ſaltem ſapientiæ ſtudioſi hoc eſt φιλόσοφοι. Quæ tibi autem vir laudatiſſime! Doctrinæ ſapientiæve argumenta non reſpondent! Itaque ut mihi plurimum lætatus ſum, ita majorem in modum tibi patri ampliſſimo gratulor, quod omnia ſis ſumma in hanc diem tua ſumma cum dignitate adeptus & id ſane non modo non petens (ut aſſolent quidam ambitionis tumore elati) ſed ne cupiens quidem, & ob id mirabilior magis tua dignitas quo minus cupita. Tuæ enim illæ lacrymæ, tua (quod tua tamen pace dictum velim) reſiſtentia indignitatisque confeſſio, animi manſuetudinem nec non cordis humilitatem haud illepide monſtrarunt. Verum dixit quidam, ſicut recuſantes ac ordines nec non dignitates eccleſiaſticas refugientes, trahendi ſunt, ſic nimirum ambientes pellendi. Quo fit ut ſatis ſuperque perſpicue cognoſcere cuique liceat quam acceptus immortali Deo carusque ſis. Non enim ſine divino quodam conſilio ac mente mortalibus vix penetralibus hujusmodi bona contingunt hominibus obveniuntque, ſed cujus æterna providentia

infe-

inferiora hæc omnia ſupernaque gubernantur. Illius quoque voluntate ac juſſu cuique pro meritis redditur. Nulla poteſtas niſi a Deo, nulla dignitas, principatus nullus. Tametſi inutilioribus quibusque ac minus eruditis & hæc ipſa quandoque obtingunt, regnare enim facit ὑποχριτὴν propter peccata populi, illud tamen nequaquam ſine juſto Dei occultoque conſilio evenire creditur. Vixiſti ſemper innocenter & pie nec aliud quicquam in bonis ducere unquam conſueſti quam Chriſtum optimum maximum. Quare & idem benedictus Dei Filius, qui centum pro uno reddere ſolet, tua obſervantia, cultu, bonitate delectatus ſuis te indies magis magisque bonis auget, honoribus amplificat, cumulat felicitate. Sentiat ergo noſtra hæc res publica (decet enim te) noſtra inquam Bibliotheca te alterum velut bonarum artium cultorem: Tuique prædeceſſoris non impigre veſtigia ſequi. Cerne quam ampliſſima ſupellectili noſtram hanc Bibliothecam cumulant. Pauciſſima enim (ut verum fatear) volumina Abbas anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto creatus in monaſterio offendit & hoc ipſum forſan non abs re. Temporis enim ea tempeſtate fuit & rerum reliquarum habenda ratio, nam glorioſum magis fore putarunt, qui eum præceſſerant, Abbates, pauperes ditari quam philoſophari. Sed hic noſter rebus jam pace reddita animadvertens ſatis ſuperque periculoſum præſertim religionis monaſticæ ſtivam prendentibus ſine litteris vitam degere; nullis jam nec rebus nec laboribus parcere pergit, quin potius undecunque conquiſitis peregrinorum quoque auctorum lucubrationum opuſculis armarium inſtituit tum ære tum vigiliis ſcribentium fratrum non vulgare. Sed heu modo quid monſtri illa ipſa noſtratium monachorum deſidia nutrit Abba humaniſſime? Iſtorum nempe dierum infelicium religioſi ſic ſic ſcribendi uſum omnem abdicarunt ut priſcis patribus non modo non ſimiles, ſed nec umbratiles quidem videantur, heu infelicia tempora, heu ſuffuſionem vultus noſtri quoque execrandam! quo oculis mentis ponimus quorſum vel nunc tandem vergit religioſorum monachorum intentio ſtulta. Omnes clericalis digni-

dignitatis officio fungimur cujus eſt docere, verbis ſapientiæ paſcere, interroganti reſpondere de lege, & ecce nec voce docemus nec ſcriptis, non dico modo nec nos ipſos quidem lectione ipſa ſacra. Conſpicimus priſcorum depicta ſintagmata, ſudores miramur, attollimus diligentiam & en vix inter centum unum reperire eſt qui vel amore ſcribendi ducatur vel pretio, omnes quærunt quæ ſua ſunt, bonum commune cogitat nemo. Qua diligentia, qua cura, quo conatu quidam diſcartas ſcriptitant aniles in menſem vix etiam duraturas e quibus neſcio an unum reperire poſſis qui ſcribere quid pro communitate volenti vel membranulam, ut moris eſt, aptare velit. Grandis illorum monachorum (quorum etiam virtus vitia noſtra ſuſtentat) libros ſcribentium ſeries fuit, qui *Gratiani*, *Fauſti*, *Bedæ*, *Ruthardi* Abbatis noſtri reliquorumve eccleſiaſticorum authorum temporibus fuere. Trahebantur nimirum gravi ſcribendi, illuminandi, ligandique amore, ut omnes labores nihili ducerent; uti in vetuſtioribus codicibus jam quoque facile cernere licet, quorum uſu ac contactu nos etiam non abs re digni fuimus nunquam. Laborabant omnes hujusce tam ſancti tamque laudatiſſimi exercitii eſſe conſortes, ut quia lingua docere alios non poterant, ſaltem manu ac mortuo apice docendi deſideria monſtrarent. Sed actum eſt nunc de religioſis qui falſo etiam monachi nomen ſibi vendicant, quibus cithara ſacrarum litterarum fruſtra canit, quorum Deus venter eſt, de ſcientiis cura nulla; qui ſatius putant frumenti publici quam ſui ipſius curam gerere. Quibus (ut de me ac mei ſimilibus quid inferam) diſcurrere per officinas monaſterii plus placet, quam quid ſcriptitare, quam nunquam intermorituris litteris operam navare. Cerneres non paucos eorum multis codicibus delectari, legere nunquam. Ligatura laudatur, extollitur ſerrarum curioſius aptata compago, ſed charactere conſpecto materia diſplicet. Auctor operis rudis clamatur, flocci penditur opus omne. Et hoc forſan eis concedendum erit; non enim didicere ſugere mel de petra oleumque de ſilice duro. Longe ab illo *Moyſe* qui Litteras adinvenit, longe a *Gorgia* qui Rhetori-

cam,

cam, ab *Apolline* qui Medicinam, a *Pythagora* qui Arithmeticam, longe a *Julone* qui Geometriam, *Abraham* qui Aftronomiam ut *Jofepho* placet. *Jubal* qui Muficam. Longe ut femel dicam a *Foroneo*, *Solone*, *Lycurgo*, qui Leges reperere gentium. Dices: Et unde illis hæc omnia? Ab exercitatione nimirum, opera, ftudioque fapientiæ. In illo quippe aureo mundo five fæculo qui tunc erat nonnifi fapientiæ ftudiofiffimi regnare folebant, qui utiliora quæque fuaderent hominibus, nec non & fermone & opere intelligere darent hominibus fapientiæ præponendum nihil. Quid de noftræ quoque chriftianæ religionis vel cultoribus, vel defenforibus referendum putem, cum illius etiam perfecutores ac fibi ipfis quoque crudeliores tyranni litteris ita incubuerint, ut in bellicis quoque expeditionibus illis infudarint. *Nero* quamquam hominum omnium crudeliffimus, cujus luxuria & cruda immanitas omnium aures oppleverit; fapientiffimi tamen ac omni ævo colendi *Senecæ* Philofophi magifterio ufus fuit. *Trajanus* Imperator cujus ingenii bonitas noftris quoque minime peregrina *Plutarchum* magiftrum habuit, qui ejusdem Imperatoris beneficiis cumulatus, librum fcripfit, qui de inftructione *Trajani* infcribitur, unde *Trajanus* pluris facere folitus erat *Plutarchi* ingenium & fapientiam, quam fuam vel fortunam vel potentiam. Quid de *Alexandri Magni* ingenita bonitatis induftria fari laude dignum poffim, qui a teneris unguiculis *Ariftotelem* principem Philofophorum Pædagogon meruit, a quo perfectiffime edoctus magni & principis & Imperatoris nomen fortitus eft: *Pythagoras* quoque (ut altius quid repetam) perfectiffimum opus fapientiæ a juventa pariter omnis honeftatis percipiendæ cupiditatem ingreffus (nihil enim ad ultimum fui perventurum eft finem, quod non & mature & celeriter incipit) *Aegyptum* petiit, ubi litteris gentis ejus affuefactus, præteriti ævi facerdotum commentarios fcrutatus, innumerabilium fæculorum obfervationes cognovit. Inde ad *Perfas* profectus, magorum exactiffimæ prudentiæ fe formandum tradidit. *Plato* patriam *Athenas*, præceptorem autem *Socratem* fortitus & locum & hominem doctrinæ fertiliffi-

fertilissimum, ingenii quoque divina instructus abundantia, cum omnium jam mortalium sapientissimus haberetur, *Aegyptum* peragravit ut geometriæ multiplices numeros ab ejus gentis sacerdotibus & cœlestium observationum rationes perciperet. Altero etiam & octogesimo anno decedens sub capite *Sophoclis* mimos habuisse fertur; sic ne extrema quidem ejus hora agitatione studii vacua fuit. *Arneades* laboriosus & diuturnus sapientiæ miles ita se mirificum doctrinæ operibus addixerat, ut cum cibi capiendi causa recubuisset, cogitationibus inhærens, manum ad mensam porrigere oblivisceretur. Exin nonaginta impletis annorum curriculis idem illi vivendi ac philosophandi finis fuit. *Anaxagoras* mundi portentum cum diutina peregrinatione patriam repetisset, possessionesque quæ latæ erant, desertas vidisset, non essem ego, inquit, salvus nisi istæ periissent. *Socrates* ultima jam ætate provectus fidibus tractandis operam dare coepit: nempe dum ad discendum semper se pauperem credidit, ad docendum fecit locupletissimum. Magnus ille *Isocrates* Philosophus quartum & nonagesimum annum agens librum composuit, qui πανεγύρικος inscribitur. *Dimonides* Poëta octogesimo anno & docuisse carmina & in eorum certamen descendisse ipse gloriatur. *Themistocles* licet maximarum rerum cura districtus omnium tamen civium suorum nomina memoria comprehendit, hujus utriusque industriæ laudem duo reges partiti sunt. *Cyrus* omnium militum suorum nomina, *Mithridates* duarum & viginti gentium, quæ sub regno ejus erant, linguas ediscendo. Ille ut sine monitore exercitum salutaret; hic ut eos, quibus imperabat sine interprete alloqui posset. *Julius Cæsar* sapientiæ rerumque studiosissimus fuit; cursumque solis investigans dies per horas & momenta divisit, bissextum invenit ac nonnullos egregie libellos edidit. Cujus *Solinus* ita meminit dicens: Doctrina *Julii* recta ratione fundata est. Et: *Cæsare* nullus celerius scripsit, nullus velocius legit, unde quatuor epistolas simul dictasse perhibetur. *Ptolomæus* quam studiosus fuerit, te latet, ut reor, minime. Vir ergo illustris quis evadere cupiens, si doctus non est, non renuat magistrum.

Carolus ille *Magnus* & vir & Imperator *Alcuinum Levitam* in Dialectica Rhetorica & astrologia doctorem habuit, & *David* sapientum ne consilio egeret, *Nathan* prophetam & ipse propheta & *Sadoch* sacerdotem. Mille id genus tum apud priscos tum juniores historiographos reperies. Fœminæ tale quid ne etiam egere? Egerunt utique. *Ysis* nam Aegyptiorum regina ut est apud *Isidorum*) litteras ægyptias invenit, & *Carmentis* nympha alias *Nicostrates* prima litteras contradidit Italicis. De *Noema Tubalcaini* sorore quæ mechanicas artes, *Curea Tiburtina Sibilla*, de *Almatea* quoque alias Dei *phœbes* virgine inclita, *Semiramide* regina, cæterisque poene innumeris quid dicam? Hæ enimvero cunctæ exacta industria sua nomen pariter & vitæ actus ad posteros cum laude transmiserunt. Hoc scientes R. P. non erit, quo jam desidiæ locus pateat reor nostræ ætatis hominibus, quorum ut plurimum vitæ occupatio vanitas est, & senectus morum dissipatio, scelerumque chaos profundissimum. Negant sapientes ac philosophiæ deditissimi quemque bene beateque vivere sine Philosophiæ ac optimarum artium disciplina, unde actum est quod plerique his amorosius delectati, honores calcarent, projicerent divitias, injurias flocci penderent, spernerent corporum cruciatus, ipsos quoque labores, vigilias, extremam etiam postremo paupertatem æquissimo ingenio ferrent. Alii ut liberius studio sapientiæ vacarent solitudines vastamque eremum expetebant; & ut ita dixerim Eremitica palatia habitantes sic sic scientiis animæ stomachum pascebant, ut proprii corporis obliti cibum jejunia ducerent gravissima. Et licet omnibus æque mortalibus sapientiæ studium conducibile satis superque noscatur; plus tamen, me judice, proprium his qui aliis ut præsint, digni habentur, quorum vita cunctis prodesse debet subjectis, potentesque sint exhortari in sana doctrina, ac eos qui per devia oberrant in salutis semitam reducere; resistentes quoque ac contemptores gladio verbi divini propulsare. Oportet ergo quemlibet ejusmodi eruditum esse lege cum divina, tum humana, ut sciat & nova de veteribus & vetera elicere de novis. Omni insuper ævo id curare

rare ut non se solo contentus sit esseve velit; imo doctos quosque & sciolos subditos possideat; unde *Vegetius* querulari maxime solitus erat, plures se dicens possidere subditos, sed parum disciplinæ idoneos. Naturam enim hominis (ut *Lactantius* ait *libro de falsa sapientia*) Deus hanc esse voluit ut duarum rerum homo cupidus & appetens foret, religionis videlicet & sapientiæ. Sed homines ideo falluntur, qui aut religionem sine sapientia suscipiunt, aut sapientiæ soli student, religione omissa, cum tamen alterum sine altero aut parum prosit aut nihil. Et qui modum epistolæ utcunque excessi, nunc quoque finem facturus te rogo pater observantissime, ut si insipiens factus sum, hæc auribus tuis, ingerens feras patienter. Libenter enim insipientes ferre debebis, ipse cum sis sapiens. Vale felix nobis in finem usque. Ex cœnobio sancti Jacobi prope Moguntiam anno M. quingentesimo duodecimo pridie Kal. Martias. Anno quingentesimo undecimo supra millesimum virginei partus christiferæ *Mariæ*, post venerabilis *Hermanni* Abbatis de hujus seculi ærumnoso certamine decessum, qui uti vir doctus ac eruditus multarumque rerum scientia adornatus magnifice Bibliothecam ampliavit, atque tum esset in omni pene tempore quoad vixit, litteris deditissimus, ac inter Germaniæ Abbates in scientiis & doctrinæ sapientia nulli secundus, id maxime curavit, ut non jam perituris, vanis ac caducis divitiis, sed & occasionibus bene vivendi (quas non vulgariter litterarum amor nutrit ac fovet) commissum sibi gregem ditaret. Nam, ut rem paucis absolvam, Abbas jam factus parvo licet numero codices quosque repererit in armario ob id puto præcipue quod deformati monachi, qui locum annis jam pluribus inhabitarant (a secunda scilicet ejus destructione, quæ facta fuit anno MCCCXXVIII. a civibus Moguntinæ civitatis) plus curæ fuit de supellectili & familia domus propriæ (nam propriis unusquisque stipendiis sub loci Abbate militabat) quam quid communis officina requireret, esse solicitum. Nec inficior doctissimos quosque fuisse etiam ea tempestate in hoc cœnobio monachos, ut alibi in catalogo Abbatum

jam dixisse me memini, qui plura egregia opera ediderunt, nihil tamen eorum ad manus nostras devenire potuit. Priscorum namque patrum si quæ fuere lucubrationes, igni & rapina subtractæ fuerunt in prima monasterii desolatione, cunctis seculis miranda, quæ peracta fuit ab incolis Moguntinis *Arnoldo* Archiepiscopo pariter trucidato anno ab incarnatione Domini MCLX. omnibus officinis cum Basilica ipsa ac cuncta substantia voraci flamma consumptis. Flammis attamen subtracti fuere nonnulli cum ad manum essent, ut ita dixerim, libri subnotati, ac postea flagitio patrato loco huic restituti.

Liber homiliarum de tempore hyemali.

Alius item *de tempore æstivo.*

Homiliarius de sanctis per anni circulum.

Ordinarius chori passim cum ceremoniis Domini *Ruthardi* Abbatis.

Collectarius unus.

Textus Evangeliorum alias *plenarius* unus.

Martirologion, ac nonnulli alii de quibus certi aliquid reperire non potui, sunt istorum nomina tamen ac tituli signati in quadam satis antiqua littera, quam nuperrime curiosior scrutator casu inveni; quorum omnium nonnulli non spernendæ lectionis in præsentem usque habentur. Hujusce autem indicis seu annotationis litteræ tenor sequitur & est talis de verbo ad verbum:

Hic est numerus librorum *sancti Jacobi* apostoli Bibliothecæ, in qua *vetus & novum Testamentum* continetur.

Item alius liber in quo *Pentateuchum Moysi, Jesu nave, Judicum, Ruth.*

Aliud volumen in quo *Deuteronomium, Jesu nave, Judicum, Ruth.*

Alius Codex in quo *quatuor libri Regum & Paralipomenon.*

Item alius in quo *Parabolæ Ecclesiastæ Cantica Canticorum*, liber *Sapientiæ, Jesu filii Sirach, Job, Tobiæ, Judith, Machabæorum, Ester, Esdræ* continentur.

Alius

Alius liber in quo *Job*, *Parabolæ*, *Ecclesiastes*, *Cantica Canticorum*, *Paralipomenon*, *Sapientiæ*, *Jesu filii Sirach*, *Tobiæ*, *Judith*, *Esdræ*, *Ester*, *Machabæorum* habentur.

Item *libellus Job*.

Liber in quo *Isaias* & *Jeremias* habentur.

Liber in quo *Ezechiel* & *duodecim Prophetæ* continentur.

Viginti Psalteria.

Textus Evangeliorum duo.

Codex in quo continentur *Epistolæ Pauli*, *Actus Apostolorum*, *septem Epistolæ Canonicæ*, *Apocalypsis*.

Octo *libri homiliarum sanctorum Patrum* &

Pars *homiliæ quadragesimalis*, sed & *sermones per totam quadragesimam*.

Romanus Ordo.

Liber qui vocatur *Pan*.

Item *libellus* qui vocatur *de Sacramentis*.

Regulæ sancti Benedicti duæ.

Regulæ Solitariorum duæ.

Liber Isidori de Ordinibus, in quo & *regula Canonicorum*.

Sex *passionales libri*.

Libellus in quo continentur *vita Nicolai* & aliorum.

Alius *libellus* in quo *vita Silvestri* & aliorum.

Item alius in quo *vita Brendani* & aliorum.

Medietas *moralium Gregorii* super *Job*.

Gregorius super *Ezechielem*.

Liber unus in quo *dialogus Gregorii* & *vita Joannis Eleemosynarii* & *passiones Apostolorum*.

Pastoralis cura Gregorii.

Augustinus de Charitate.

Soliloquia Augustini.

Liber

Liber *sermonum Augustini.*

Liber unus in quo *vita Caroli* & liber *scintillarum Augustini.*

Breviaria duo.

Hieronymus super Ezechielem Hieron. super Psalterium.

Liber *homiliarum Joannis Chrysostomi.*

Beda super Lucam.

Duæ partes *vitæ Patrum.*

Liber unus *de collationibus Patrum.*

Liber unus qui vocatur *scintillarum.*

Duo *libelli Effrem.*

In uno volumine *expositio Heymonis super Apocal.* & *Angelomus super Cantica Canticorum.*

Libellus *Claudiani.*

Liber qui vocatur *Martyrologium.*

Liber *Smaragdi.*

Liber unus in quo *vita Maximini* & aliorum, & *homiliæ diversarum Festivitatum.*

Volumen unum in quo *homiliæ Rabani.*

Canonicorum matutinalis liber integer unus.

Monachorum dimidius unus.

Integer unus.

Alius nondum perfectus.

Hymnarius unus; in quo *soliloquia Isidori*, & *collectarium* & *vita Nicol.* & aliorum.

Libellus in quo *formula honestæ vitæ.*

Vita *Gregorii.*

Gesta Anglorum.

Vita Paulæ & aliorum.

Hexameron.

Augustinus contra Parmenianum.

Glos-

Gloſſarius.
Vitæ Patrum.
Baptiſterium & colleƈtarium cum diverſis Benediƈtionibus.
Martyrologium.
Duodecim minores Prophetæ in duobus voluminibus. Hæc ibi.

Quam librorum ſupputationem faƈtam crediderim ſatius poſt primam monaſterii everſionem anno Domini MCLXXXVI. vel circiter Patre ac Abbate *Folperto*, qui monaſterii ruinoſa cum ipſa Baſilica *Conrado* Archiepiſcopo Moguntino conſentiente ac cooperante reſtaurare primus aggreſſus eſt. Exin eccleſia reinſtaurata nec non ab eodem Archipontifice conſecrata amicis manus adjutrices porrigentibus omnem ſuppelleƈtilem cœnobii totius undecunque aggregare idem venerabilis Pater *Folpertus* diligentiori ſtudio maturat. Abhinc igitur per annos plus centum quadraginta multi præclariſſimi libri ac volumina huic loco & dono & ſcribentium fratrum lucubrationibus ceſſere; donec humani generis inimici faƈtione monaſterium ipſum ſecundo a quibus ut ſupra, funditus obruitur; omni ſubſtantia monaſterii rapina vi ac furto ſublata. Maxima autem cum Imperatoris *Ludovici* tum Archiepiſcopi *Henrici* indignatione altrinſecus fatigati non paucos cum rapina reliqua libellos conſcientia etiam perurgente reſtituunt, peraƈta eſt hæc ſecunda monaſterii montis ſpecioſi deſtruƈtio anno Domini MCCCXXVIII. ipſo die ſanƈti *Laurentii.* Ejuſce igitur ſubverſionis ſcelere admiſſo divinorum cultus intermittitur, fratres quoque qui omnes vel nobiles erant vel militaris ſtemmatis decore gaudebant una cum Abbate aliquamdiu *Moguntiam* incolere coeperunt. Deinde annis aliquot elapſis caſulis potius ad habitandum quam domibus reædificatis locum paſſim inhabitare tentant. Aƈtumque eſt, ut quia juris ſui quisque erat ac ſibi licere putarent omnia, ſatis ſuperque diſſolute viverent; nulla honeſtatis, nulla ordinis ſacri, nulla habitus ratio penes quemquam remanſerat. Viƈtitabant ſtipendiis annuis, non Dominicis ut ſemel dicam ſed ſuis incluſi ovilibus. At quæ inter hæc diligentia vel com-

parandorum vel ſcribendorum codicum eſſe potuit? Credo penitus nulla; unusquisque enim prout volebat aut certe poterat, libros ſibi parabat, quos tamen non in communi armario, ut par erat, ſed in domate proprio prout libuiſſet & retentabat & alienabat. Communis verumtamen Bibliotheca quæ ſatis paupercula fuiſſe noſcitur, penes Abbates ut plurimum locum ſibi vendicarat usque ad monaſterii reformationem per annos ferme decem ac centum. Anno autem Dominicæ incarnationis MCCCCXXXXI. monaſterium reformatur *Theodorico Schenk*, Archiepiſcopo Moguntino jubente. Adductis igitur ad hoc opus tam ſanctum tamque neceſſarium quantocyus exequendum fratribus ex *Bursfeldenſium* cœnobio, monaſterii montis ſancti *Joannis* omniumque ad idem ſpectantium poſſeſſio iisdem aſſignatur anno MCCCCXXXXII. pridie nonas Januarii; quibus ſalva dignitate Abbatiali præficitur Religioſus P. *Heinricus Brack* ex *Hildesheim*, dignus ſane cui talis tenera novellaque plantatio irriganda committeretur. Prioratus ergo officio functus ſub Abbate etiam quod majoris eſt laudis deformato annis ferme XI. quam ſtudioſus fuerit in comportandis voluminibus necnon Bibliothecæ reinſtauratione, utut ſubſtantia loci patiebatur, ſuperfluum eſt reor enarrare. Offenderunt tamen in communi monaſterii armario libros ac volumina ſubnotata ipſe idem ſcilicet *Henricus Brack*, Prior & qui cum eo venerant fratres.

Volumen unum in quo *Deuteronomion*, *Joſue*, *Judicum* continentur.

Alius in quo *Job*, *Proverbia*, *Eccleſiaſtes*, *Cantica Canticorum*, *Paralipomenon*, *Eccleſiaſticus*, *Tobias*, *Judith*, qui duo non ſunt communis editionis, *Esdras*, *Eſter*, & *Machabæorum* liber.

Codex alius in quo *Iſaias*, *Jeremias*, *Ezechiel*, *Daniel*, & *duodecim Prophetæ minores*.

Alius in quo *Epiſtolæ Pauli*, *Actus Apoſtolorum*, *Epiſtolæ Canonicæ* & *Apocalypſis*.

Codex item unus in quo *Epiſtolæ Pauli* cum gloſſa interlineari.

Alius in quo *Beda in Lucam*.

Liber

Liber unus in quo *Beda in Marcum.*

Alius in quo *homiliæ & sermones de tempore a Pascha usque ad adventum Domini.*

Volumen in quo *homiliæ, sermones* & *lectiones de sanctis tantum per totum annum.*

Aliud in quo continentur *homiliæ Cæsarii monachi de tempore tantum per totum annum.*

Liber unus in quo *moralia B. Gregorii a primo usque ad XVII. exclusive.*

Alius in quo *moralia Gregorii a XVII. usque ad XXVIII. exclusive.*

Et alius in quo *Pastorale Gregorii.*

Item unus in quo *dicta B. Gregorii passim collecta &c.*

Codex in quo *hexameron Ambrosiii.*

Idem *de excessu fratris.*

Passionale majus.

Breviarius *Jeronimi in ps.* & alius beati *Jeronimi* Breviarius.

Alius liber in quo *Jeronimus in Ezechielem.*

Alius in quo *Jeronymus in Danielem.*

Fxpositio, ut putatur, *Haymonis in Osee* & *Joëlem, Amos* & *Abdiam.*

Volumen unum in quo *Lib. X. beati Augustini de civitate Dei.*

Aliud in quo *Augustinus de civitate Dei ab XI. lib. usque ad finem libri XII.*

Item aliud in quo continentur *lib. X. de civitate Dei.* Et *tres lib. ejusdem contra academicos*, & *tres lib. ejusdem de libero arbitrio.*

Liber unus in quo *excerpta quædam ex dictis beati Augustini* per *Cassiodorum senatorem.*

Alius in quo *Augustinus contra Parmenianum* & idem *de doctrina christiana* continetur.

Alius item quo *Augustinus contra Parmenianum* & *Anselmus cur Deus homo* & *Augustinus de doctrina christiana* & *Guimundus Aversanus de Sacramento altaris.*

Volumen unum in quo *Augustinus de prædestinatione Sanctorum &c.*

Aliud in quo *Augustinus de vera religione &c.*

Aliud in quo *Augustinus de viduitate, de bono conjugali.*

Aliud in quo *varii sermones beati Augustini.*

Item aliud in quo *liber confessionum Aug.*

Codex unus in quo *homiliæ Gregorii Nazianzeni* continentur.

Alius in quo *hexameron Basilii.*

Alius in quo *Cassiodorus in primam quinquagenam Ps.* continetur.

Et alius in quo *homiliæ Joannis Chrysostomi.*

Alius in quo *collationes Patrum nro. XXIIII. &c.*

Alius in quo *diadema monachorum smaragdi &c.*

Liber, qui *regula Solitariorum* inscribitur.

Hegesippi historiæ.

Ecclesiastica historia Eusebii.

Tripartita *historia Cassiodori.*

Historia Anglorum & libri IIII. de vita beati Gregorii.

Passionale parvum.

Breviarius horarum Canonic.

Miracula sancti Jacobi.

Statuta Canonicorum & claustralium tempore Ludovici Imperatoris edita.

Liber *de disciplina Ecclesiastica & modo celebrandi Synodum.*

Liber *de ritu celebrandi Ecclesiastica Sacramenta & ordinibus conferendis,* alias *pontificale.*

Christianissimum documentum.

Codex unus in quo *expositiones Psalmorum de B. Virgine Cæsarii.*

Alius in quo *Bernardus de præcepto & dispensatione.*

Alius soliloquium animæ & speculum animæ.

Henricus de Urimaria de perfectione spirituali interioris hominis. Et *de oratione Dominica.*

Aliud volumen in quo continentur *duæ ultimæ partes vitæ Jesu.*

Aliud item in quo *moralia Gregorii a XXVIII. lib. usque ad finem.*

Vitæ Patrum Jeronimi Pelagii & Joannis.

Singulis ergo computatis fiunt volumina a ſe invicem compacta numero ſexaginta, quæ manſerunt in loco iſto usque in præſentem diem.

Horum autem ſupputatio facta eſt anno MCCCCXXXXIIII. anno tertio poſt introductam reformationem.

Libri autem quique divinorum officiorum *ordinarii* videlicet, *Collectarii*, *Pſalteria*, *Ceremonialia*, nec non *Martyrologia*, libri *Cantionum* ac *Miſſalia*, quæ varia erant ac multiplicia, quorum ut præfatus ſum etiam codices nonnulli, qui ab ipſius monaſterii fundatione ad ipſa quoque tempora duraverant, calculum nequaquam receperunt; e quibus multi remanent usque hodie, reliqui vero in alios uſus ceſſerunt, uti ego ipſe quoque vidi, qui hæc ſcripſi. Poſt quæ omnia & ſingula fratribus jam ob reformationem transmiſſis quietiſſime aliquamdiu ſub tribus Abbatibus id eſt *Joanne de Bubenheim* aut verius *Henrico Brack* Priore. *Lubberto & Eberhardo ex Venloo* R. P. agentibus libros undecunque coacervare coeperunt licet nonniſi quam maxima & mentium & rerum ſcrupuloſitate. Non enim videbatur integrum libris ſimul ac armis, quæ tunc paulo poſt inter duos Electos Moguntinos vibrabantur, ſtudium gerendum. Ex teſtamento inſuper *Hermanni Stummel* doctoris utique ingenii acutiſſimi non pauci venere nobis codices Abbate *Eberhardo* teſtamentario ſtudioſo lectore digniſſimi. Cæpit hinc *Joannes* venerabilis Abbas *ex Itſtein*, ſub quo terris pace reddita *Donatus* Prior vir doctus ac valde religioſus eruditione quoque præcipuus, ſtudium ac diligentiam parandorum librorum habere. Atque exin Abbate *Joanne* ſublato cum *Hermannus* jam quem ipſe *Donatus* vice ſua ac omnium fratrum reliquorum vivo organo elegerat, regere Dominicum ſibi gregem cœpiſſet, more plus ſibi ſolito *Donatus* Prior inſtat ac nullo ære parcendum in comparandis libris Abbatem commonefacit. Quare actum eſt, ut ipſam Bibliothecam parvo tem-

pore, quo Prioris officio fungitur, non vulgariter ac parum ampliaverit. Quo deposito successit in Prioratu *Heinricus Northusen*, qui etiam studiosissime huic negotio invigilavit, ob id maxime quod imprimendorum voluminum ars jam passim frequentari magis magisque cœpisset. Hoc dein etiam post multos, quos pro Deo sustinuit, labores, vitæ functo *Theodericus ex Suvollis* Prioratus officium subivit, qui in legendo ita sedulus semper ac fervens fuit, ut nihil aliud eum agere putares; quo fit ut non minimam librorum portionem comportari procurarit, ac nunc quoque procuret, anno, quo hæc scribimus MCCCCCXII. in quo supputatione per me, qui Bibliothecæ præeram, facta de omnibus ac singulis libris, opusculis, tractatibus magnis ac parvis sacris & humanis, qui ad eandem vel verisimiliter pertinere videbantur, subscriptus emersit numerus librorum. Omisi tamen, fateor, complures libellos devotarios & eos, quibus fratres quotidie utuntur, quorum etiam numerus ac mihi quoque tituli fuere incogniti. Nec inficior, multorum ex his voluminum exemplaria inferius connumerandorum bis terque frequentius in diversis codicibus haberi, illa ipsa tamen in hoc opere nonnisi semel annotari. Ipsam autem eorundem pluralitatem in registro diligentissime exaratam diligens quisque lector invenit.

Quando igitur ut sæpe usu venit vel ipse volueris scire vel interrogatus fueris de aliquo volumine libro seu tractatu, utrum in nostri cœnobii Bibliotheca habeatur? Vide primo quis sit illius auctor? Quo habito, quære sub littera nominis sui, puta A vel B, nomen ejus, quo etiam invento, si libri illius, quem quæritas, titulum seu inscriptionem ibidem offenderis, bene actum; si quo minus; crede absque omni cunctatione eundem apud nos nequaquam haberi. Ponamus exemplum. Libros Augustini quæris de Trinitate. Nomen en tenes auctoris ac libri titulum.

Quære ergo sub littera prima Augustini nominis videlicet *A* Augustinum; quem cum repereris attende inscriptiones librorum Augustini ibidem notatas, & quia titulum voluminis ibi non invenis, crede, nec volu-

volumen apud nos aut ejus exemplar haberi. Sed nunc exordia capientes operis aſſumpti ab eo potiſſimum incipere decet qui fons eſt ac origo ſapientiæ, nec non eruditionis omnis.

Subſequitur in MS. brevis hiſtoria litteraria auctorum illorum, quorum opera aut opus aliquod reperitur aut reperiuntur in Bibliotheca montis ſpecioſi. Dein

Incipit diſtinctio ſecunda.

Abſoluta utcunque diſtinctione prima libri hujus illuſtrium virorum authorumve, lector candidiſſime (eorum dico quorum volumina vel in parte vel toto noſtra continet Bibliotheca) quæque poſt venerabilis *Hermanni* Patris colendiſſimi obitum reperta fuere. Nunc ad ſecundæ diſtinctionis exordia operis noſtri ſtilum torqueamus. Quæ quidem paucis ut rem abſolvam continere debebit eos ipſos, quos paraturus ſit librorum auctores *Joannes* Abbas paterque humaniſſimus, cujus etiam gratia hoc ſcribendi onus ſubivimus. Spes equidem per maximas, optimos quosque coacervandi libros ejus diligentia, dare nobis debet Bibliothecæ domus hoc anno, quo hæc ſcribimus, ſtudioſorum fratrum quorumdam impulſu ab ipſo erecta. Nec enim fas eſt diſcredere quin is, qui tanto ſtudio alvearia erexit, apes quoque paraturus ſit, quarum fructu dulciſſimo olim delectetur, diteſcatque. Verum rogitandus fuerit in primis ipſe (legendi enimvero proficiendique aſſiduitatem in ipſo maxime deſidero) ut non minorem diligentiam in relegendis codicibus quam in eorundem coacervatione præ ſe ferat. Cavendum namque quod ſæpe uſu venit, frequentiusque in nonnullis cernere eſt, illi ſimillimus fiat, quem *Badius* noſter principem veluti Arragoniæ proponens iſtiusmodi carmine affatur. *Qui libros Tyriis veſtit honoribus, & blattas abigit pulverulentulas, nec diſcens animum litterulis colit: mercatur nimia ſtultitiam ſtipe,* innuere geſtiens reor nonnullos offendi, coacervandorum voluminum argutiſſimos, & hoc ipſum ſat fore ſibi augurantes, ſi illorum occaſione vulgi inertis applauſu vel litterati acclamati, fas eſt.

Nota

Nota insuper, si librum quempiam emi contigerit, vel opus cujus nomen auctoris in prima distinctione non repereris exaratum, in sequenti vel notare vel quærere oportebit. Sin autem liber istiusmodi recenter adveniens auctorem suum in præcedenti distinctione expressum habeat, & ille ipse quoque ibidem consignandus veniet, in & sub signo ejusmodi ita ut omnes libri, quos virgula ipsa post se distinxerit V. P. *Joannis* sint studio aggregati, qui vero virgulam præcesserint Abbatis *Hermanni* sequens autem distinctio tota Abbatem concernit superstitem. At nunc opus ipsum aggrediamur. Vale. In monte *sancti Jacobi* prope Mœnia *urbis Moguntiacæ*. Anno Domini MCCCCCXIII. sexto Kalendas Julias. *F. Wolfg. Trefler Augustensis.*

In delineandis collegii quondam Jesuitarum, (*a*) Carthusianorum, (*b*) Car-

(*a*) Variæ ibidem pro Theologis, Philosophis & Grammaticis Bibliothecæ multis etiam rarioribus instructæ libris sua ducunt initia a liberalitate & beneficentia Danielis Archiep. Mog. Quos inter variarum linguarum Biblia Regia. His Archiepiscopus sua ipse manu inscripsit: *Hæc Biblia cum libris aliis, collegii nostri Bibliothecæ, religionis conservandæ ergo d. dt. Daniel Archiepiscopus Moguntinus Elector &c.*

(*b*) Cura studioque singulari Michaelis Welken ante annos XXX. hujus Asceterii Prioris haud parum augmenti accepit atque ornatus. Locus illi editus, lucidus, salubris, quietus ac ab incendiorum periculis tutus. Armaria pegmataque recipiendis libris & venusta & in diversi generis loculamenta apte divisa. Libri in suas classes pro argumenti diversitate rite dispositi. Spatium illis tam adeundis, quam tractandis amplum satis. In manu descriptis, quorum quidem non paucos, argumenti præcipue Philosophico-Theologico-Scholastici, adservat, Codex est Bibliorum latinorum in pergameno subtilissimo, litteris quidem minutissimis, bene tamen legibilibus seculo XV. ineunte quam elegantissime scriptus, manu, quod notandum, Joannis de Northeim, Eremi hujus quondam Prioris.

Ad calcem operis sequentia legas: Explicit preciosum S. *Michaelis* compendium continens omnia ad divinum officium ex utroque Testamento secundum formam ordinis Carthusiensis necessaria per *Joannem de Northeim* quondam hujus domus videlicet S. *Michaelis* prope Moguntiam ordinis Carthusiensis Priorem aggregatum,

Carmelitarum, (c) Fratrum ordinis S. Francisci, (d) Seminarii Archi- episco-

gatum, ad officiatorum ejusdem domus neceſſitatem, qui, cum ſingulos libros ad cultum Dei neceſſarios ſecum extra domum portare non valeant, in preſenti ſaltem compendio ſingula ad manum habeant, quibus preſtante Domino debitum officium congrue perſolvant; & ſupplicat idem *Joannes* Prior prenotatus omnibus in preſenti opuſculo Dominum venerantibus propter Deum & intuitu laborum ſuorum, pro ſe exorare ſuppliciter, ut eum S. *Michael* in progreſſu dirigat ſalubriter, in egreſſu Domino noſtro Jeſu Chriſto recommendet feliciter Amen. Completum eſt autem preſens opuſculum anno Domini MCCCC ſecundo, in die S. *Antonii* confeſſoris. Deo gratias.

De cetero ſimul notandum, *Joannem de Northeim*, qui exarandi hujus codicis laborem in ſe ſuſcepit, Decanum fuiſſe collegii ad D. *Joannis*, virum ea ætate doctrina celebrem & ſcripturæ non modo, ſed rerum naturalium etiam & artis medicæ peritum; diſciplinæ vero caſtigatioris ſtudio ductum anno tandem MCCCXCIII. Carthuſiam ingreſſum. Id fide aſſeritur ſtatuti Canonicorum ad D. *Joannis*, quod, quantum huc pertinet ita habet: *In nomine Domini Amen. Cum ſecundum Canonicas ſanctiones propter officium beneficium aſſignetur, hinc eſt quod nos Joannes de Selheim Scholaſticus, Joannes de Peterwil Cantor, Jacobus zu der Laden, Henricus de Minzenberg, Petrus de Colonia, Johannes de Selgenſtadt, Gerlacus de Hoemberg, Dietzo de Wachenheim & Wentzo dictus Unger de Nacheim Canonici Eccleſie S. Joannis Magunt. Capitulum iſta vice repreſentantes honorabili viro Magiſtro Johanni de Northeim Phyſico, Decano noſtro, ſpiritu bono, ut firmiter ſperamus, ducto religionem Carthuſienſium ingreſſo & propter hoc abſente, in cujus locum, propter annum probacionis & juris ob hoc beneficium ſibi competentis, alium Decanum anno probacionis non finito eligere non valentes, divini cultus in augmentum, eccleſie noſtre honorem & utilitatem capitulariter &c. &c. Actum & Datum ſub anno Domini MCCCLXXXXIII. ipſo Feſto SS. Philippi & Jacobi App.*

(c) Et Bibliotheca Auguſtinianorum multis & præclaris inſtructa eſt codicibus

(d) Cœpit anno MDCXII. beneficio *Joannis Suicardi* Archipræſulis; quippe qui Bibliothecam Joannis Schneid Parochi ad S. Quintinum ad Celſiſſimum Deceſſorem *Joannem Adamum* devolutam Fratribus donavit; Joannes de Colonia vero tum temporis Sigillifer Moguntinus, vi mandati 1. Septembris accepti eisdem tradidit Chirographo hoc P. Joannis Swerinch teſte: Ego Fr. Joannes Swerinch Cos-

episcopalis (e) & familiarum illustrium (f) Bibliothecis tum longius immorabor, earundem Catalogos Codicum præsertim Manuscriptorum probe confectos (g) si nactus fuero.

Avi-

feldiensis Commissarius FF. Minorum regularis observantiæ in testimonium religiosæ gratiarum actionis manu propria agnosco, Reverendissimum ac Illustrissimum Principem Joannem Swichardum Archiepiscopum Moguntinum Clementissimum Dominum nostrum pro singulari sua erga S. Franciscum pietate ac filios ejus beneficentia, hos præmemoratos libros in usum Conventus nostri Moguntinensis noviter erecti motu proprio obtulisse ac per Reverendum Dominum & Clarissimum Virum D. Joannem Colonia Sigilliferum suum eosdem libros nostro conventui tradidisse. Pro quo speciali dono ac cæteris iisque maximis beneficiis nobis pauperibus exhibitis piissimo Principi misericordissimus Deus retribuat vitam æternam. Amen. Inter alia opera reconditur ibi Codex membranaceus MScr. in folio majori, præter nonnulla alia *Fr. Andreæ ad S. Magnum* (qui vulgo presbyter Ratisponensis dicitur) Chronicon universale latinum a Nato Christo ad an. usque MCCCCXXXVIII. ἀνέκδοτον complectentem; cujus quidem auctoris aliud vernaculo compositum sermone, tabulisque publicis haud paucis refertum, volumine satis vasto comprehensum Francofurti ad Mœnum a Zacharia Conrado ab Uffenbach Juris Consulto rei litterariæ perquam studioso olim asservabatur.

(e) Hæc prima an. MDCLXXII. sumpsit initia sub auspiciis Joannis ab Heppenheim dicti de Saal, qui suam librorum & delectu & numero præstantem Bibliothecam in testamento Archiepiscopali seminario addixit.

(f) Nominamus nunc solummodo Dalbergicam, Walderdorffianam & Osteinianam, de quibus alibi. Boineburgicam Joannis Christiani Manuscriptis pluribus & editis rarioribus copiosissime refertam Philippus Guilielmus Patre dignissimus filius Academiæ Erfordiensi, una cum amplissimo legato pecuniario, dono dedit.

(g) Codices Manuscripti maturo sunt ponderandi judicio.

Indagandum. *a* Quis author libri. *b* Quo seculo scriptus sit Codex. *c* Tractata in eodem materia fusius recensenda & *d* libri capita singillatim proponenda. *e* Addenda est libri forma & *f* an chartæ an pergameno inscriptus &c.

Avidiſſimis tuis nunc votis faciam ſatis & ea non tantum, quæ pro inſtruenda illuſtri Bibliotheca, quam omni jure Moguntinam appello, ſollicite congeſſi, candore Germano Tibi aperiam, ſed & præcipua rationum momenta, quæ maxime conducunt pro illuſtranda inventionis Typographicæ artis hiſtoria communicatum ibo. En!

CONSPECTUS
BIBLIOTHECÆ MOGUNTINÆ
LIBRIS PRIMO SECULO TYPOGRAPHICO MOGUNTIÆ IMPRESSIS INSTRUCTÆ.

§. I.

De libris, Typographiâ a Johanne Gutenberg Moguntiæ inventâ usque ad annum MCCCCLVII. Moguntiæ impreſſis.

§. II.

Libri ab anno MCCCCLVII - MCCCCLXVI. a Johanne Fuſt & Petro Schoiffer impreſſi.

§. III.

Libri ab an. MCCCCLXVII - MDII. a Petro Schoiffer impreſſi; additis quibusdam in Rhingaviâ excuſis & nonnullis aliis Typographis.

§. IV.

Libri ab an. MDIII - MDXXXI. a Johanne Schöffer impreſſi.

§. V.

Libri ab an. MDXXXI - MDLVIII. ab Ivone Schoeffer & aliis impreſſi.

§. I.

De libris Typographiâ (1) a Johanne Gutenberg (2) Moguntiæ (3) inventâ (4) usque ad annum MCCCCLVII. Moguntiæ impreſſis (5).

(1) Typographia (vox Græca è τύπος & γράφω compoſita, illud hoc loco ſignificat litteram ligneam vel metallicam, ſculptam vel fuſam. Hoc verò denotat idem, quod ſcribo) artificium eſt ſingulari Dei beneficio inventum mirabili quadam ratione mobilium litterarum typos diſponendi & connectendi, ut exprimantur voces & ſententiæ, & uno ſyſtemate facto multa exemplarium millia excudendi. *Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno.* Hæ litteræ mobiles pro lubitu ſeparandæ non operi unico, ſed pluribus perficiendis inſerviunt.

Hinc tabulæ ligneæ & æneæ inciſæ ſpecimina ſunt ſculpturæ non vero Typographiæ, de qua ſermo nobis. Romani & Græci figuras & voces inſculpſere annulis, numos cuſere litteris benè efformatis inſignitos &c. &c. quin tamen illos de jure dixeris Typographiæ inventores.

Huc referes Sinenſium tabellarum imprimendi methodum. *Vid. du Halde in deſcriptione Sinenſis Imperii Tom. 2. pag.* 249. Longius quoque à definitione ſupra data recedit peculiaris ille libros imprimendi modus, quo *Ulphilæ* Epiſcopi Evangeliorum Codex *Upſaliæ* modò, in monaſterio *Verdenſi* aliàs aſſervatus argenteis formatus eſt typis & quidem per litteras encauſtas eà ratione, qua bibliopegi titulos librorum dorſis ſolent imprimere. *Confer. Joann ab Ihre in Ulphila illuſtrato Holmiæ* 1752. *Södermanns Diſſert. de Ulphila* §. 11. *in Joh. ab Ihre ſcriptis verſionem Ulphil. illuſtrantibus Berol.* 1773.

(2) *Johannes Gutenberg de Sorgenloch dictus Gänsfleiſch.* Hoc verum nomen ejus, documentis teſtibus vocabatur *Gutenberg*, *Guttenberg*, *Gudenburg* à curiâ ſuâ, quam inhabitabat *Moguntiæ* ſitâ apud Eccleſiam *S. Chriſtophori. De Gudenus Tom. II. in elencho veterum Moguntiæ Curiarum pag.* 508. Domus *zum Affen, gein dem hof Gudenberg über, und neben dem hauſſ, Winberg genannt, by S. Chriſtofel gelegen.* apud *Wimphelingum* in Catalogo Epiſcoporum Argentoratenſium in vita *Roberti* Epiſcopi Comitis Palatini ab an. 1440 - 1478. ſcripto. Anno 1508. hæc Curia dicitur *Domus boni montis.* Sub hoc *Roberto*, ait, nobilis ars impreſſoria inventa fuit à quodam Argentinenſi, *licet in com-*

plete.

plete. Sed is cum Moguntiam defcenderet, ad alios quosdam in hac arte fimiliter laborantes, ductu cujusdam *Joannis Gensfleifch* ex fenio cæci, in *domo Boni montis*, Guttenberg (in qua hodie eft collegium Juriftarum) ea ars *completa* fuit, in Laudem Germanorum fempiternam.

De Sorgenloch familiæ nomen *Johannis Guttenberg* erat à villâ *Sorgenloch auf dem Gaw* haud procul à *Nieder-Saulheim* fitâ. Dicta villa in chartis & monumentis antiquioribus nominatur fubin: *Sulgeloch*, *Selgenloch*, *Suligenloch*, *Sulgenloch*, *Sorgenlohe.* Nobiles *de Gudenberg* feculo XIII. jam erant hujus villæ Domini, ut perfpicuè videmus in litteris fuper certis bonis in *Sulgeloch* pro fabricâ Ecclefiæ *S. Ignatii* Moguntinenfis anno M°CC°LXXXXIII. feria fexta proxima poft Dominicam qua cantatur *Mifericordia Domini* confectis, quæ fic incipiunt; Nos *Eberhardus* Camerarius Moguntinus prefentibus litteris profitemur & conftare cupimus univerfis, quod cum *Sybodo de Sulgeloch* & *Odilia* ejus uxor pari & unanimi voluntatum fuarum affenfu bona eorum communia in *predicta villa noftra Sulgeloch* ac ejus terminis fita &c. &c. Litteras leges integras fub n. I. infra.... Sigillum adpenfum idem eft, quod in capite libri exhibemus integrum. Mancum verò & mutilum in *Johann David Köhler Ehrenrettung Johann Guttenbergs fub nrò.* 1. confpicitur.

Familia *Gutenberg de Sorgenloch* etiam cognominata fuit à Curia *zum Gänsfleifch.* quæ tandem ceffit PP. Capucinis, eo usque habitatio Ordinaria vice Dominorum. *de Guden: Tom. II. p.* 324. Hæc Curia jam memoratur an. 1332. in einem alten gefchriebenen Buche von mayntzifchen händeln, welche fich in der ftadt Mayntz von 1332-1446. zugetragen haben in fol. inter documenta familiæ zum Jungen. fol. 14. darnach (im jar 1332.) ir drachtten fie (die Zunffte) und fprachen: Sie (die adeliche gefchlechte) wolden die ftadt durch die gefelfchaft (der adelichen gefchlechte) virraden han und hetten off dem gawe vyl gewappenter Lude und jenfyte Rynes auch viel gewappeter Lude, und wer gewoppe Lude yn faffen, als ob es wyn wer, zu Mentz inkomen yn den hoffe *zum Ginfsfleifch* zum Roffe &c. in vetufto civitatis Moguntinæ Libro fœnebri f. 74. adnotatum eft. Item als *Hengin Gudenberg Frielen Genffefleifchen* fon XIIII. gulden jerlicher gulten uff leptage Frielen fins Bruders gehabt hat, do wil er nu forter alle jare fin leptage uff nit me nemen, dan zwolff gulden an Golde und daruber hat er eynen nuwen Brieffe, der ime zuftet und den alten Brieffe hat er ubergeben, und auch off die obigen zwene gulden genzliche zu dorchtedig off verziegen, und fellt yem die gulte

 halber

halber off Sant Katherinen dag und halber off Sant Urbans tag. Actum uff fontag nehft nach Sant Urbans tag nach Goths Geburte dufent vier hundert und in dem vier und dryffigiften jare. *In libro Salico Ecclefiæ Thomanæ Argentoratenfis Nro* 53. *fol.* 293. fic: conftituti coram nobis judice Curiæ Argentinenfis ftrenuus vir Lutholdus de Ramftein miles & *Johannes dictus Genfefleifch alias nuncupatus Gutenberg de Moguntia* Argentine commorantes A. MCCCCXLI. Schöpfflin vindiciæ Typographicæ document. pag. 31.

Ex tribus his nominibus *Johanni* noftro propriis plures inducti funt fcriptores ut crederent: aliam fuiffe perfonam *Gutenberg*, aliam *Genfefleifch* & denuo aliam nuncupatam *Sorgeloch*; Hinc tanta in hiftoriâ Typographicâ enata fuit confufio.

Nec minor eft eorundem error, qui *Joanni Gutenbergio* Argentinam affignant patriam. Hos inter numerantur: *Arnoldus Bergellanus* in poëmate encomiaftico de Chalcographiæ inventione.

Jacobus Wimphelingius in epit. rer. Germanic. c. 65. Item in defcript. vitæ Roberti Epifcopi Argentinens: *Melchior Adamus* in vitis Philofophorum Germanorum. Volum. I. in limine. *Athanafius Kircherus*, in Ædipo Ægyptiaco c. 2. a. 4. b. edit. Roman. 1652. fol. *Joes Bapt. Fulgofus* in memorabilibus Lib. VIII. Cap. XI. *Peregrinus Orlandus* in Origine è progreffi della ftampa.

Jacobus Philippus Bergomenfis in Chronico fivè fupplemento omnimodæ hiftoriæ. *Sethus Calvifius* in magna Chronologia fua ad an. 1440. *Joannem Guttenbergium* Argentinenfem aurifabrum appellat. *Gilbertus Genebrardus* Chronographiæ Lib. IV. in Eugenio IV. Pont. ita: *Joannes Gutenbergius* Argentinenfis artem imprefforiam feu excuforiam, novum fcribendi genus primus excogitavit an. 1440. in urbe Argentinenfi, inde veniens Maguntiam, eam feliciter perfecit. Omitto plures qui eundem errorem errarunt. Hodie certum eft, quod *Joannes Gutenberg* dictus *Günfefleifch* ex equeftri *Sorgenloch* profapiâ *Moguntiæ* natus patrem habuerit Friele Gänsfleifch. vid. *Köhler Gutenbergs Ehrenrettung p.* 18.

Huic præter jam allata addimus documenta Argentinenfia à *Schöpfflino in vidiciis Typographicis* producta *pag.* 21. ubi fententia in *Gutenbergii* caufa de an. 1439: Wir Cune Nope der Meifter und der Rat zu Strafsburg thun kunt . . . dafs für uns kummen ift Jerge Dritzehen unfer Burger im namen fin felbs und mit vollem Gewalt Claufs Dritzehen fins Bruders und vorderte an *Hans Genszefleifch von Mentz genant Gutenberg*

tenberg

tenberg &c. & *pag.* 36. ex ſupra memorato libro Salico ad an. 1442: Coram nobis Judice Curiæ Argentinenſis conſtituti *Johannes dictus Genſefleiſche*, *alias Guttenberg de Maguncia* & Martinus Inſtrumentum Notarii Cæſarei Ulrici Helmasperger de an. 1455. concernens proceſſum *Joannem Guttenberg* inter & *Joannem Fuſt* ratione pecuniæ pro imprimendis libris mutuo ſumptæ vocat *Johannem Guttenberg einen Junker*, & Poëma *Joannis Arnoldi Bergellani* de Chalcographiæ inventione encomiaſticum.

Clarus Joannes en Guttenbergius hic eſt,
a quo ceu vivo flumine manat opus
Cui clarum nomen Mogus habere dedit
Stemmate præſtabat, vicit virtute ſed illud;
dicitur hinc veræ nobilitatis Eques.

In ſententia Ludovici Imperatoris contra cives Maguntinos de an. 1332. occurrit *Ritter Friele zu dem Genſefleiſch.* Confer. adjuncta n. I. n. II. III. V. VI. VII. XV. XVI. XVIII. XX.

(3) Plures olim certarunt de *Homeri* patria. *Cicero pro Archia cap.* 8. *Homerum,* inquit, Colophonii civem eſſe dicunt ſuum, Chij ſuum vindicant, ſuum Salamini repetunt, Smyrnei vero ſuum eſſe confirmant, itaque etiam delubrum ejus in Oppido dedicaverunt; permulti alii præterea pugnant inter ſe atque contendunt. Sed longe plures civitates & regiones inventionem Typographiæ doni verè cœleſtis ſibi attribuere conabantur. Nempe: *Argentoratum*, *Auguſta Vindelicorum*, *Baſilea*, *Belgium*, *Colonia*, *Dordracum*, *Gallia*, *Gouda*, *Harlemum*, *Regimontum*, *Roma*, *Ruſſenburgum*, *Scythia*, *China* &c. &c. Quæ omnes prætenſionem ſuam malè fundatam & injuſtam deſeruerunt, præter *Harlemum* & *Argentoratum*, cum quibus, ut ad ſaniora redeant, hic paucis agendum.

Primus eſt, qui cauſam Harlemenſium ſuſcepit defendendam *Hadrianus Junius* in ſua Batavia, quam Hollandiæ ordinibus an. 1575. dedicavit.

Ibi pag. 16 & ſeq „ Redeo ad urbem noſtram (*Harlemum*) cui primam inventæ Typographicæ artis gloriam deberi & ſummo jure aſſerendam ajo, utpote propriam & nativam: ſed luminibus noſtris ſola officit inveterata illa & quæ encauſti modo inſcripta eſt animis opinio tam altis innixa radicibus, quas nulli ligones, nulla aratra revellere aut eruere valeant, qua pertinaciter credunt & perſuaſiſſimum habent, apud *Mogun-*

Moguntiacum claram & vetuſtam Germaniæ urbem primo repertas literarum formulas, quibus excuderentur libri. Utinam hic incredibilem illam dicendi vim, quæ in Carneade fuiſſe perhibetur, voto exoptare poſſem! Qui nihil defendiſſe unquam, quod non probarit, nihil impugnaſſe, quod non everterit, dicitur, ut ſaltem refugam illam laudem poſtliminio revocare & hoc quaſi trophæum erigere poſſem veri interpolator: quod ego non aliò optarim, quam ut veritas rectè â Poëta vetere temporis filia nuncupata, aut ut ego ſoleo χρονȣ ελεγχος tandem detegatur, quæque juxta Democritum altiſſimo in puteo demerſa hactenus delituit, in apertum proferatur. Si glorioſum certamen ſuſcipere non piguit Agyptios & Phœnicos de litterarum inventione, his Deo duce earum inventum ad ſe trahentibus, quando tabulas θεοχαρακτȣς hoc eſt, a Deo exaratas jactant: illis a ſe repertas Græciæ intuliſſe gloriantibus, quando Cadmus Phœnicum claſſe vectus rudibus Græcorum populis artis illius author eas commonſtravit. Rurſus ſi Athenienſes *Cecropi* ſuo, Thebani *Lino*, eandem laudem vendicant, *Palamedi*, Argivo excogitatorum characterum gloriam *Tacitus* & *Philoſtratus* deferunt: ut *Hyginus* latinorum *Carmentæ*, *Evandri* matri. Si itaque controverſiam dubiamque gloriam cunctæ gentes ad ſe ceu propriam rapere non erubuerunt, quis vetat, quo minus indubitandæ laudis poſſeſſionem, de qua per Socordiam avitam deturbati ſumus, quaſi poſtliminii jure repetamus? Equidem non invidia, aut malevolentiæ ſtudio transverſus agor, ut huic afferam, quod alteri derogem ac detraham. *Craſſi* impudentiam non imitabor; hinc *Scævolæ* ſanctimoniam & gravitatem affectando, illinc preſentationibus favorem hominum eblandiendo: haud is ſum. Corruptis arbitris planum agere non decrevi, veritatem illam unam perſpicuam, quam uti cœleſte ſolis jubar nulla nox, nulla caligo quantumvis alta, obtenebrare poteſt, exhibiturus, quantum in me eſt, idque ſimplici & minime fucato orationis ſtilo, quod illa amat. Quodſi optimus ille teſtis eſt, auctore *Plutarcho*, qui nullo obſtrictus beneficio, neque alterius addictus ſtudio, libere quod ſentit loquitur & intrepide, meum teſtimonium merito locum habeat; qui nec mortuum aut hæredes poſterosve cognatione attingam, neque gratiam aut beneficium inde exſpectem, qui quicquid hujus feci, id totum ſepultis manibus pietatis ergo impendi. Dicam igitur quod accepi a ſenibus & authoritate gravibus & reipublicæ adminiſtratione claris, quique à majoribus ſuis ita accepiſſe graviſſimo teſtimonio confirmarunt, quorum auctoritas jure pondus habere debeat ad faciendam fidem. Habitavit ante annos centum duo triginta

Har-

Harlemi in ædibus satis splendidis (ut documento esse potest fabrica, quæ in hunc usque diem perstat integra) foro imminentibus è regione. Palatii Regalis *Laurentius Joannis* cognomento ædituus custosve (quod tunc opimum & honorificum munus, familia eo nomine clara, hœreditario jure possidebat) is ipse qui nunc laudem inventæ artis Typographicæ recidivam justis vindiciis ac Sacramentis repetit, ab aliis nefarie possessam & occupatam, summo jure omnium triumphorum laurea majore donandus. Is forte in suburbano nemore spatiatus (ut solent sumpto cibo aut festis diebus cives, qui otio abundant) cœpit faginos cortices principio in literarum typos conformare, quibus, inversa ratione, singillatim chartæ impressis versiculum unum atque alterum animi gratia ducebat, nepotibus generi sui liberis exemplum futurum. Quod ubi feliciter successerat, cœpit animo altiora (ut erat ingenio magno & subacto) agitare, primumque omnium atramenti scriptorii genus glutinosius tenaciusque, quod vulgare lituras trahere experiretur, cum genero suo *Thoma Petro* qui quaternos liberos reliquit, omnes ferme consulari dignitate functos (quod eo dico, ut artem in familia honesta & ingenua haud servili, natam intelligant omnes) excogitavit, inde etiam pinaces totas figuratas additis characteribus expressit. Quo in genere vidi ab ipso excusa adversaria, operarum rudimentum, paginis solum adversis, haud Opistographis. Is liber erat vernaculo sermone ab authore conscriptus Anonymo, titulum præferens: *Speculum nostræ salutis*, in quibus id observatum fuerat, inter prima artis incunabula (ut nunquam ulla simul & reperta & absoluta est) uti paginæ adversæ glutine commissæ cohœrescerent, ne illæ ipsæ vacuæ deformitatem adferrent. Postea faginas formas plumbeis mutavit, has deinceps stanneas fecit, quo solidior minusque flexilis esset materia durabiliorque. E quorum typorum reliquiis quæ superfuerant conflata œnophora vetustiora adhuc hodie visuntur in Laurentianis illis, quas dixi, ædibus in forum prospectantibus habitatis postea à suo pronepote *Gerardo Thoma*, quem honoris causa nomino, cive claro ante paucos hos annos vita defuncto sene. Faventibus, ut fit, invento novo studiis hominum, quum nova merx, nunquam antea visa, emptores undique exciret, cum uberrimo quæstu crevit simul artis amor, crevit ministerium, additi familiæ operarum ministri, prima mali labes, quos inter Joannes quidam, sive is (ut fert suspicio) *Faustus* * fuerit ominoso cognomine, hero suo

* Meermann l. c. c. IV. 12. probat, quòd Joannes Fust nunquam vel famulus vel fur officinæ Laurentianæ Harlemi fuerit. Ut verò suum Meermannus systema aliqua-

ſuo infidus & infauſtus, ſive alius eo nomine, non magnopere laboro, quod ſilentum umbras inquietare nolim contagione conſcientiæ, quondam dum viverent, tactas. Is ad operas excuſorias Sacramento ductus, poſtquam artem jungendorum characterum, fuſilium typorum peritiam, quæque alia eam ad rem ſpectant, percalluiſſe ſibi viſus eſt, captato oportuno tempore, quo non potuit magis idoneum inveniri, ipſa nocte, quæ Chriſti natalitiis ſolemnis eſt, qua cuncti promiſcue luſtralibus ſacris operari ſolent, choragium omne typorum involat, inſtrumentorum herilium ei artificio comparatorum ſupellectilem convaſat, deinde cum fure ſe domo proripit; *Amſtelodamum* principio adit inde *Coloniam Agrippinam*, donec Moguntiacum perventum eſt, ceu ad aſyli aram, ubi quaſi extra telorum jactum (quod dicitur) poſitus tuto degeret, ſuorumque furtorum aperta Officina fructum uberem meteret. * Nimirum ex ea intra vertentis anni ſpacium ad annum à Chriſto nato 1442. ipſis iis typis, quibus Harlemi Laurentius fuerat uſus, prodiiſſe in lucem certum eſt *Alexandri Galli doctrinale*, quæ Grammatica celeberrimo tunc in uſu erat, cum *Petri Hiſpani* tractatibus, prima fœtura. Iſta ſunt fermè, quæ à ſenibus annoſis fide dignis & qui tradita de manu in manum quaſi ardentem tœdam in decurſu acceperant, olim intellexi & alios eadem referentes atteſtantesque comperi. Memini narraſſe mihi *Nicolaum Galium* pueritiæ meæ formatorem, hominem ferrea memoria ** & Longa Canitie venerabilem, quod puer *** non ſemel audierit, *Cornelium* quendam bibliopegum ac ſenio gravem nec octogenario minorem (qui in eadem Officina ſubminiſtrum egerat) tanta animi contentione ac fervore commemorantem rei geſtæ ſeriem, inventi (ut ab hero acceperat)

ratio-

aliqualiter coloraret, novum obtrudit figmentum; ſtatuendo, quod Joannes Gensfleiſchius Senior (quem Gutenbergii ſive Joannis Gensfleiſchii Junioris probabiliter fratrem aſſerit) furtum Officinæ Laurentianæ intulerit. De quâ calumniâ paucis Schöpfflinus l. c. p. 80. ubi ait: Narratio, cui nec verum nec veriſimile ineſt. Fur tot utenſilia, plusquam plauſtri vecturam una nocte effert Harlemo nec latebras nec diverticula quærit, ſed furtivam tot inſtrumentorum ſarcinam, nemine perſequente, nemine coram ullo judice querimoniam movente, per maximas civitates Moguntiam perfert, ibique in publica orbis luce, in libris à ſe editis inventorem Typographiæ ſe nominat.

* Apertam hanc calumniam diu jam refutârunt alii. Confer. Köhler Ehrenrettung Gutenbergs §. 1. &c. Schöpfflini vindiciæ Typograph. p. 80.

** Omnia artificioſè conglomerata, ut narratio aliqualem veri ſpeciem habeat!

*** En! quàm firmo inſiſtat talo Batavorum jactantia, dum pueri teſtimonium proferunt!

rationem, rudis artis polituram & incrementum, aliaque id genus, ut invito quoque præ rei indignitate lacrymæ erumperent, quoties de plagio inciderat mentio: tum vero ob erepto furto gloriam ſic irâ excandeſcere ſenem ſolere, ut etiam lictoris exemplum eum fuiſſe editurum in plagiarium appareret, ſi vita illi ſuperfuiſſet: tum devovere conſueviſſe diris ultricibus ſacrilegum caput, noctesque illas damnare atque execrari, quas una cum ſcelere illo communi in cubili aliquot menſes exegiſſet. Quæ non diſſonant à verbis *Quirini Taleſii* Cos. eadem ferè ex ore librarii ejusdem ſe olim accepiſſe, mihi confeſſi. Iſta dictare me compulit cupiditas & ſtudium defendendæ veritatis, quamvis illa odium ſui plerumque parere ſoleat: in qua tuenda potius, quam ut deſerere vadimonium velim, ad ſuſcipiendum odium paratior ſim ac promptior. Nam iſtud facile ponent, qui rem ipſam ſincere ac candide indagabunt & expendent. tanquam in *Critolai* bilance appenſam: at veritatis, quæ Dei imago quædam eſt, qui non libenter patrocinium ſuſcipiat, vix hominis appellationem mereri exiſtimo, cujus cura atque amore nihil cuiquam vel ſanctius vel antiquius eſſe debet. Tuendo veritatem & conſtabit ſuus Urbi noſtræ honos, in cive ereptam inventionis pulcherrimæ gloriam recuperaturæ, & cadet eorum arrogantia, quos falſam alienæ gloriæ hæreditatem cernere non puduit & quaſi dejectis de ponte ſexagenariis alieni juris poſſeſſionem ſuperbe uſurparunt. At vereor ſurdis ut iſta auribus canantur, utcunque tamen erit, juvabit me & memoriæ inventoris & Gloriæ Urbis pro virili conſuluiſſe, dum apud leves & verè incurioſos animos plus valeat præjudicium opinionis, quàm cum ratione auctoritas. Quæ injuria muſſitanda eſt & devoranda parùm lubentibus; quanquam dolendum minus foret in clariſſimam Germaniæ urbem velut aliam in familiam tranſiiſſe, ſi non plagio, ſed recta ratione factum id fuiſſet. Verùm arbitror fatis volentibus, hanc viam commodiſſimam viſam, ut citiſſime ad nitorem ſuum ac perfectionis culmen perveniret inventum illud, orbi ſale (quod dicitur) & ſole magis neceſſarium, nimirum in majore luce hominum, per ſtudia magnatum præmia & honores (quibus artes aluntur) facilius emerſurum, uti accidiſſe res docuit, quam in extremo orbis terrarum receſſu & quodam angulo inter hominum privatorum ſordes. *Hucusque Junius..* *

 (4) In-

* Hæc Junii ex amore nimio patriæ profluens recitatio ſplendet quidem ſed non ardet. Prodiit illa demum an. 1575. ſicque centum viginti & octo annis poſt prætenſam tabellarem Coſteri inventionem — Teſtibus innititur ſene, puero, aliisque

(4) Inſpiciant cum Batavis Argentinenſes oculis apertis, non invidiâ plenis Acta judicialia inter Gutenberg & Fuſt ad an. 1455. ventilata, inſcriptiones librorum finales

que ab auditu & in elogiis veriantibus; neque unicum producitur authenticum & legale narrationis documentum. Hinc neque mirari debet ſenſatus orbis, quod Harlemenſes ex defectu probationis genuinæ à quovis æquo rerum arbitro à limine judicii hucusque ſint rejecti.

Suprafatam Hadriani Junii narrationem & Gerhardi Meermanni paraphraſin ſuper illâ factam in Originibus Typographicis multâ eruditione refertis ſeriò & maturè expendit Vir experientiâ Clariſſimus de Heinecken Tom. II. Nachrichten von Künſtlern und Kunſtſachen p. 241 - 314. expenſam utramque minus legitimam quin & calumnioſam reperit atque impreſſionem tabellarem, quæ Xylographia vocatur, nomine Typographiæ, de quâ ſermo, indignam cum aliis dijudicavit.

Propriam interea Meermanni l. c. p. 147. confeſſionem apponimus: *Undè ait, impreſſiones Harlemi* factas anni nota inſignitas proveniſſe haud novimus ante an. 1484. à quo tempore nonnulli libri absque typographi indicio . . illic prodiére. Notum eſt unicum Barth. Anglici Opus de Proprietatibus rerum belgice, redditum an. 1485. adjecto impreſſoris Jacobi Bellaert *Ziriceani nomine.* Poſſent hæc ad ſupprimendam inanem Batavorum jactantiam ſufficere; ſed ſilentium tandem eis ſempiternum imponet Joannes Gottlob Immanuel Breitkopf Bibliopola Lipſienſis artis Typographicæ peritiſſimus in der Geſchichte der Erfindung der Buchdruckerkunſt. Quod opus avidiſſimi expectamus. Conferatur interim ejusdem Verſuch vom Urſprung der Spielkarten de an. 1781. quæ diſquiſitio prodiit hoc anno 1785. magis extenſa & probationibus eruditis innixa.

Æquiores Batavis ſunt Argentinenſes, qui Joannem Gutenberg equeſtri proſapiâ Moguntiæ natum benè dicunt; ſed malè aſſerunt, ab eo Typographiam Argentorati eſſe inventam. Ipſemet Wimphelingus Alſatus, qui ab an. 1449-1528 vixit, loc. cit. diſertè ait, quod hæc ars *Moguntiæ* in domo boni montis (Gutenberg) completa fuerit in laudem Germanorum ſempiternam. Celebris Schöpflinus multis documentis à ſemetipſo in lucem protractis oſtendit, quod Gutenbergius Moguntinus ab an. 1436 - 1444. Argentinæ commorans vir ingenioſiſſimus varias invenerit & exercuerit artes; ſed in his documentis, licet preli cujusdam mentio occurrat, de Typographiâ ibidem exercita certi nihil reperitur; prelum enim & aliis artibus operibusque perficiendis adhibetur. Cœterum Meermannus non immeritò, amicè tamen reprehendit Schöfflinum, quòd iniquius tulerit de Fauſti ſubſcriptionibus aut finalibus judicium. vid. Meermann Cap. VII. §. V.

Primus liber Argentinæ impreſſus, cui typographi nomen, locus & annus impreſſionis adjecti ſunt, ex Henrici Eggeſteinii prelo an. 1471. prodiit; nempè Gratiani Decretum duobus maximæ formæ voluminibus, literis ſculptis impreſſum,

les ab an. 1457. aliaque teftimonia inferiùs proferenda & Moguntiaco gloriam inventionis Typographiæ deberi non diffitebuntur. Interim hìc notandum quod Joanni Gutenberg inventori Joannes Fuft itidem Civis Moguntinus a Confiliis fuerit & auxiliis. Sic enim Trithemius Abbas Sponheimenfis Moguntinæ civitati vicinus & rerum circumftantiis fui temporis probè intentus in Chron. Hirfaug. ad an. MCCCCL. pag. 421. His temporibus, ait, in civitate Moguntina Germaniæ propè Rhenum & non in Italia, ut quidam falfò fcripferunt, inventa & excogitata eft ars illa mirabilis & priùs inaudita imprimendi & characterizandi libros per Joannem Guttenberger Civem Moguntinum, qui cum omnem penè fubftantiam fuam pro inventione hujus artis expofuiffet & nimia difficultate laborans, jam in ifto, jam in alio deficeret, jamque propè effet, ut defperatus negotium intermitteret, Confilio tandem & impenfis Joannis Fuft æque Civis Moguntini rem perfecit inceptam. Inprimis igitur characteribus litterarum in tabulis ligneis per ordinem fcriptis, formisque compofitis vocabularium Catholicon nuncupatum impreſſerunt, fed cùm iisdem formis nihil aliud potuerunt imprimere, eoquod characteres non fuerunt amovibiles de tabulis, fed infculpti, ficut diximus. Poft hæc inventis fucceſſerunt fubtiliora, inveneruntque modum fundendi formas omnium latini alphabeti literarum, quas ipfi matrices nominabant, ex quibus rurfum æneos five ftanneos characteres fundebant, ad omnem preſſuram fufficientes, quos prius manibus fculpebant. Et revera ficuti ante 30. fermè annos ex ore Petri Opilionis de Gerns-

F 3 heim

fum, quod notabilis typorum inter fe teftatur diffimilitudo. In fine voluminis ftilo ex rubricis finalibus Moguntinis defumpto hæc legimus. *Prefens Gratiani* Decretum una cum apparatu Bartho. Brixienfis in fuis diftinctionibus, caufis & confecrationibus benè vifum & correctum artificiofa adinvencionis * imprimendi absque ulla calami exaratione fic effigiatum & ad laudem Omnipotentis Dei eft confummatum per venerabilem Virum Heinricum Eggeftein artium liberalium Magiftrum Civem inclite civitatis Argentin. Anno *Domini MCCCCLXXI.* fol. Schöpfflin p 44. Libri omnes reliqui, anno, nomine typographi & loco impreſſionis non expreſſis qui circumferuntur, plerumque manent fidei incertæ, ficut Biblia Germanico idiomate impreſſa, quorum finale rubro colore adjecit Calligraphus: *Explicit liber* ifte anno Domini millefimo quadringentefimo fexagefimo fexto, formatus arte impreſſoria per venerabilem Virum Johannem Mentell *in Argentina.* Quodfi etiam hæc genuina fint, altùm filet Mentelius, quod artem imprimendi invenerit; id quod tamen de Moguntia in libris ab an. 1457. ibi impreſſis haud dubiè legerit. vid. Köhler Ehrenrettung Gutenbergs p. 3. Schöpfflin l. cit. p. 42.

* (non Argentorati)

heim Civis Moguntini, qui gener erat primi artis inventoris * audivi, magnam à primo inventionis ſuæ hæc ars impreſſoria habuit difficultatem. Impreſſuri namque Bibliam, priusquàm tertium compleſſent in opere quaternionem, plusquàm 4000. florenorum expoſuerunt. Petrus autem memoratus Opilio tunc famulus, poſtea gener, ſicut diximus, inventoris primi Joannis Fuſt, homo ingenioſus & prudens, faciliorem modùm fundendi charaĉteres excogitavit & artem, ut nunc eſt, complevit. Et hi tres imprimendi modum aliquamdiu tenuêre occultum, quousque per famulos, ſine quorum miniſterio artem exercere non poterant, divulgatus fuit in Argentinenſes primò & paulatim in omnes nationes.

O felix noſtris memoranda impreſſio ſæclis!
deſierat quaſi totum, quod fundis in orbem;
Omnes te ſummis igitur nunc laudibus ornant,
inventore nitet utraque lingua tuo.
Nunc parvo doĉtus quilibet eſſe poteſt,
Te Duce quando ars hæc mira reperta fuit.

Et hæc de impreſſoria mira ſubtilitate diĉta ſufficiant, cujus inventores *primi* Cives Moguntini fuerunt. Habitabant autem primi tres artis impreſſoriæ inventores Joannes videlicet Guttenberger, Joannes Fuſt & Petrus Opilio gener ejus Moguntiæ in domo *zum Jungen* ** diĉta, quæ deinceps usque in præſens impreſſoria nuncupatur.

5) Quo tempore & qua ratione præſtantiſſima ars Typographica fuerit inventa? Joannes Arnoldus Bergellanus in encomio Chalcographiæ *Alberto* Cardinali Archiepiſcopo Moguntino Marchioni Brandenburgenſi dedicato canit:

Sœcula

* (Fauſti, qui primum inventorem auxilio juvit & opibus.)

** De his ædibus benè ſcribit Trithemius, donec an. 1477. Petrus Schæffer emiſſet domum zum Korb diĉtam dein das Trucker hauſs. vid. adj. n. XVIIII. XX. XXV. XXVI. XXVII. XXVIII. Ex his videre eſt, quod Gutenberg Argentinâ redux inhabitarit ædes Gutenburg, dein cum ſociis ædes zum Jungen; Tandem coëmerit Petrus Schöffer ædes zum Korb ampliſſimas ad ſœculum ſubſequens & ultra das Trucker hauſ diĉtas.

Sœcula bis ſeptem numerabant ordine fati
Chriſtigenæ, hinc illis luſtra decemque dabant, *
Tertius ac orbis Fridericus frena regebat,
candida qui placidæ nomina pacis habet.
Littera de rigido quia nunc deducitur ære,
chalco illam *graphiam* Græcia gnara vocat.
Teutonicæ gentis decus, immenſusque Theſaurus,
tempore qui priſco nullius uſus erat
Clarus *Joannes* en *Gutenbergius* hic eſt,
a quo ceu vivo flumine, manat opus
Annulus in digitis erat illi occaſio prima,
Palladium ut cœlo ſollicitaret opus.
Illum tentabat molli committere ceræ,
redderet ut nomen littera ſculpta ſuum.
Reſpicit archetypos, auri veſtigia luſtrans
& ſecum tacitus talia verba refert:
Quam belle pandit certas hæc orbita voces,
monſtrat & exactis apta reperta libris.
Quid ſi nunc juſtos æris ratione reducta
tentarem libros cudere mille modis?
Robora proſpexit dehinc torcularia Bacchi,
& dixit, preli forma ſit iſta novi &c. &c.

In quibus urbis Moguntinæ ædibus hoc cœli donum datum ſit? Paucis habeto: Gudenbergius inhabitans ædes zum Jungen, dum invenit artem Typographicam. vid. Köhler l. c. p 14. dum eandem perfecit, inhabitavit curiam Gutenberg à quâ nomen adſumpſit. Ædes igitur zum Jungen & Gutenberg & zum Korb benè dictæ ſunt: Truckhaus. *Joannes Gamans* priori ſeculo protulit novum translationis SS. trium Regum indicium *Moguntiæ* in Domo ab artis Typographicæ inventione celebri, ubi inter alia „ Locus verò quietis Sanctorum Regum in urbe Moguntina ea nocte dicitur idem fuiſſe, qui poſtea orbi terrarum peperit artis miraculum, Typographiam; nam in eadem domo illa nata, culta & mirificè propagata eſt cum incredibili literatorum & orbis totius

* Anno 1440.

totius nunquam ſatis laudato emolumento. Jacent hæ ædes è regione Collegii Societatis Jeſu, quas olim *zum Jungen*, * poſtea a typis ibi primò repertis, fuſis & ſaluberrimis operibus adhibitis mutato nomine *zum Truckhaus* à Typographia nominarunt. Fuerunt eæ perquam celebres ducentis his annis, donec Mars Suecicus noſtris temporibus jam inde ab anno 1631. Moguntiam expugnavit & annis multis præſidio tenuit. Tunc enim civitatis domicilia nobiliora nonnulla diruta, quædam deſerta nec ſarta tectaque conſervata conciderunt, quæ inter hæc eadem domus alterâ ſui parte, quâ Sanctos tres Reges texiſſe creditur, accatholicorum militum malevolentia nonnihil accepit detrimenti. Fuit enim conclave ibidem quoddam elegans, quod a Sanctis Regibus *die Königskammer* dicebatur, etiam cum ædium parte diruta concidit; Sacellum tamen domeſticum SS. Regum ſervat memoriam, licet ſacrilegio militum heterodoxorum fuerit profanatum. Nunc denuo reſtauratum conſervat & continuat traditionis Moguntinæ civitatis fidem.

Multum ad ejus perennitatem redintegrandam & conſervandam contulit R. & Ampliſſimus Do. *Adamus Freysbach* Præpoſitus S. Stephani; nam ædibus dictis ad rerum in iis geſtarum memoriam renovandam pretio Coëmptis & Sacello rurſum SS. Regum honori conſecrato conſuluit optimè poſteritati, mihique humaniſſimè fidem majorum per manus traditam inſtrumento authentico ſuo & Epiſcopi Aſcalonitani Chirographo firmatam transmiſit.

Copia teſtimonii Provicarii Maguntini & Epiſcopi Aſcalonitani:

Poſt exilium quatuor annorum in reditu meo anno 163. . . vidi Moguntiam, ex magna parte, etiam curiam ſolitæ meæ reſidentiæ a Sueco milite deſtructam, unde alias ædes vulgo *zum Truckhaus* nuncupatas eò libentius coëmi, quod in eis Typographia primò inventa & in Sacello domeſtico in honorem Sanctorum trium Regum dedicato eorum corpora Mediolano Coloniam ubiorum translata, in itinere olim quieviſſe a viris in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis & diverſis civibus ſenioribus Moguntinis acceperim. Ideoque hoc Sacellum etiam à Suecis militibus profanatum R^mus^ in Xto Pater *Ambroſius* Epiſcopus Myſienſis Suffraganeus Moguntinus die 4. Auguſti 1643. reconciliavit & altare in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, S. Joſephi, S. Angeli Cuſto-

* Fallitur Gamanſius, nam ædes iſtæ ampliſſimæ jam anno 1385. dictæ ſunt zum Korb. vid. adj. n. IIII. quas dein an. 1477. emit Petrus Schöffer. vid. adj. n. XVIIII, deinceps etiam nominatas das Truckerhaus. vid. adjuncta ſub n. XXVI. de an. 1524 &c. &c.

Custodis & SS. trium Regum denuo dedicavit. Signatum Moguntiæ 27. Martii anno 1651. ita testor *Adamus Freyspach* Præpositus S. Stephani, Decanus B. Virginis, Consiliarius & Provicarius in Spiritualibus generalis Moguntinus.

Subnotatur hæc Episcopi Ascalonitani attestatio:

Hoc assertionis documentum manu propria ab A. R. & Amplissimo D. Provicario scriptum esse attestamur 28. Martii 1651. Moguntiæ. *Woltherus Heinricus à Strevesdorff* SS. Theologiæ Doctor Coloniensis, Episcopus Ascalonitanus, Suffraganeus Erfordiensis ex Ordine S. Augustini.

Appressum fuit ejusdem Laudatissimi & infula dignissimi Præsulis sigillum minus &c. &c. *ita Gamans.*

Nunc ab annis viginti, tria alia prodiêre circa inventionem artis Typographicæ scripta planè singularia.

Primum est opus *della prima promulgazione dè libri in Firenze, Lezione istorica di Dominico Manni &c.* qui prætendit, quod *Bernardus Cennini* Florentinus aurifaber chalybi insculpserit litteras libris imprimendis aptas vix non eo ipso tempore, quo *Joannes Fust* artem suam *Moguntiæ* exercuerit. Id probare conatur ex subscriptione appositâ vitæ S. *Catharinæ de Siena* hujus tenoris: *Florentiæ VII. Idus Novembris MCCCCLXXI. Bernardus Cenninus aurifex omnium judicio præstantissimus & Dominicus ejus F. egregie indolis adolescens expressis ante calibe characteribus & deinde fusis literis volumen hoc primum impresserunt, Petrus Cenninus Bernardi ejusdem filius quanta potuit cura & diligentia emendavit. In fine hujus* operis *additur*: *Absolutum* opus *nonis Octobris MCCCCLXXII.*

Quidquid sit de hâc novâ inventione, nostrum Psalterium est impressum an. 1457. & vid. Breitkopff l. c pag. 5. & seq.

Secundum hujus argumenti scriptum est *Josephi Vernazza* sub rubro: *Lezzione - sopra la stampa* typis vulgatum in *Cagliari* Sardiniæ metropoli *an.* 1778. Vernazza videns Concilium Herbipolense an. 1453. celebratum post annum 1470. impressum, in errorem deductus est ex anno celebrati Concilii. Simili igne fatuo abreptus *Meermannus* vix non in omnia abiisset devia, cum illi notificaretur, in hujate monasterio *S. Jacobi* extare impressum de anno 1451. sed falsum sine mora detectum apparuit ex Concilio Moguntino, quod anno nunc dicto sub Archipræsule Theoderico celebratum, diu autem postea litteris antiquioribus sine numero paginarum & custodibus &c.

 typis

typis evulgatum fuit. Confer. Breitkopff loc. cit. pag. 9. seq. Meerman origin. Typograph. pag. 139.

Tertium est Schediasma Dni *de Roches* in congregatione Academica 8. Januarii 1777. *Bruxellis* prælectum, quod modò nominatus cel. *Breitkopffius* e Gallico transtulit ejusdemque dubia multâ dexteritate dissolvit & proximè, ut certò speramus, ita dissipabit, ut tandem & hujus rei fiat finis. vid. loc. cit. pag. 13. seq.

(5) Quod an. 1450. *Biblia latina* magno charactere, quem Missalia circa annum 1499. typis data referebant, à *Joanne Gutenberg* impressa fuerint *Moguntiæ* testatur Chronicon Coloniense à *Joanne Koelhoff* an. 1499. *Coloniæ* typis datum in fol. sub rubro: *Cronica van der hilliger stat va Coelle oder tzytboich van den geschichten der vergangen jairen in duytsche Landen und Sunderlinge der heilger stat Coellen und yrer Busschove.*

Fol. CCCXI. (b). *van der boychdrucker kunst.* wanne. wae. und durch wen is vonde die unyssprechlich nutze kunst boicher tzo drucke.

Fol. CCCXII. Ite dese hoichwyrdige kunst vurss is vonden aller erst in Duytschlant tzo Mentz am Rijne. Ind dat is d' duytscher nacion eijn groisse eirlichkeit dat sulche synrische mynschen syn dae tzo vynde. Ind dat us geschiet by den jairen uns heren anno Dni MCCCCXL. ind va der zijt an bis men schreve L. wart untersoicht die kunst und wat dairzo gehoirt. Ind in den jaire uns heren do men schreyff MCCCCL. do was eyn gulden jàir, do began men tzo drucken ind was dat eyrste boich dat men druckte die Bybel zo Latijn, ind wart gedrukt mit eynre grover Schrifft as is die Schrifft dae men nu Mysseboicher mit druckt. Item wie wail die kunst is vonden tzo Mentz, als vurss up die Wijse als dan nu gemeynlich gebruicht wird, so is doch die eyrste vurbyldung vonden in Hollant uijss den Donaten *, die die daeselffst vur der tzijt gedruckt sin. Ind va ind vyss den is genommen dat begynne der vurss kunst. Ind is vill meysterlicher ind subtilicher vonden dan dieselve manier was, und ije lenger

* Benigniùs ignoscendum est Udalrico Zellio, qui Chronographo Coloniensi *Donatos* in Bataviâ typis tabellaribus impressos ut præludia perfectioris Typographicæ artis enarravit atque suggessit, cùm forte ignorârit, ejusmodi tabellarem, aut per litteras lamellis tenuioribus incisas aut similem impressionem multis jam ante seculis in monasteriis usitatam & adhibitam fuisse, quin vel unicus hoc inventum ausus sit compellare Typographiam. vid. die Abhandlung über die geschichte der buchdruckerkunst von Herrn Breitkopff an. 1779. pag. 38. seq. & hujus §i not. a.

ger ye mere kunſtlicher wurden. Item eynre genant omne bonum der Schrijfft in eynre vurrede up dat boich Quintilianus genoempt. undt ouch in anderen meir boicher, dat ey wale uyſs Vranckrijch genant Nicolaus Genſon have alre eyrſt deſe meyſterliche kuſt vonden, mer dat is offenbairlich gelogen. Want Sy ſyn noch im Leven die dat gezuige dat men boicher druckte tzo Venedige, ee der Vurſs Nicolaus Genſon dar quame, dair he began Schrifft zo ſnijden und bereyden. Mer *der eyrſte vijnder der druckerije is geweſt eyn burger tzo Mentz.* ind was geboren va ſtraiſsburch. *ind hieſch Joncker Johan Gudenburch.* Ite va Mentz is die vurſs kuſt komen alre eyrſt tzo Coelle. dairnae tzo ſtraiſsburch, ind dairna tzo Venedige. dat begynne und vortganck der vurſs kunſt hait mijr mutlich vertzelt d' eirſame man meyſter Ulrich Tzell va Hanauwe boichdrucker zo Coelle noch zertzijt anno MCCCCXCIX. durch den die kunſt vurſs is zo Coelle home. Item idt ſyn ouch eyn deill vurwitziger man, und die ſagen men have ouch vurmails boicher gedruckt, mer dat is niet wair. Want men vynt in geynen Landen der boicher die tzo denſelven tzijden gedruckt ſeyn.

Quæ in hac relatione veniunt notanda vid. apud Koeler l. c. pag. 45. Nobis indicâſſe ſufficiat, quod hæc Biblia charactere Miſſalium impreſſa plane alia ſint, ac illa, quæ prodierunt an. 1462. Collationem exemplarium hujus rariſſimi operis inſtituit *Breitkopfius* in ſuâ edendâ Typographiæ inventionis hiſtoria, quam votis ardentibus præſtolamur. *Guillaume Francois de Bure* le jeu ne dans la Bibliographie inſtructive ou traitê de la connoiſſance des livres rares & ſinguliers de his Biblijs notat pag. 32. ſub nrò 25. *Biblia ſacra latina vulgata.* Editio primæ vetuſtatis æneis characteribus absque loci & anni nota ſed typis Moguntinis *Johannis Fuſt* evulgata. Opus longê rariſſimum, cujus Pariſijs adſervatur exemplar in Bibliotheca Mazarinæa 2. vol. in fol, Le pour hazard, ait, nous à fait decouvrir cette pretieuſe edition de la Bible, que nous annoncons au public ſous cetitre & nous ne balancons pas un ſeul moment à cui accorder le premier rang, non ſeulement ſur toutes les Bibles, mais encore ſur toutes les editions des livres. Subdit dein longam & accuratam hujus editionis deſcriptionem & ſigna ejusdem characteriſtica.

Obſervat inſuper Meermannus l. c. pag. 151. quod ij graviter errarint, qui Bibliorum impreſſionem præcipuum conſtituiſſe objectum ſocietatis inter *Gutenberg* & *Fuſt* initæ exiſtimant. animadvertendum quippe, ſocietatem hanc, quam an. 1455. ruptam conſtat, poſt medium an. 1450 coepiſſe, cum ex lege contractus *Joannes Fuſt*

 primam

primam impendendæ pecuniæ fummam *Joanni Gutenberg* mutuo dederit cir. 22. Aug. 1450. prout ex inftrumento an. 1455. recliffimè calculum inivit *Dav. Clemens Biblioth. curieufe Tom. IV. p.* 67. omnes autem fumtus à *Faufto* intra hoc quinquennium ad opus Typographicum collati non excefferunt 1600 florenos (*aureos hic femper intelligimus*) neque de fuo *Gutenbergius*, exhaufta jam *Argentinæ* re familiari, contribuere quidquam potuit. At minimè hæc fuffeciffent Bibliorum editioni, in quam fuiffe impenfos plus quam 4000 florenos ante completum tertium quaternionem ipfius *Faufti* gener *Petrus Schoeffer Trithemio* retulit. Adde, quod præparationes neceffariæ ad fculpendos *Bibliorum* characteres coeteraque inftrumenta conficienda, quæ tantam pecuniæ fummam abfumfiffe videntur, plusquam unius anni fpatium requirerent, adeoque cum jam anno 1450. prela exercuerit *Codex facer*, certiffime focietati hoc ipfo anno contractæ præcefferint. Nec eft, quod fingamus, inftrumenta hæc jam ante confecta ad *Fauftum Gutenbergium*que folos pervenire potuiffe, qui his inftructi fubfidiis ftatim poft initam communionem ipfo an. 1450. Biblia prelo tradiderint; cum ex ipfo documento an. 1455. pateat, eo adhuc tempore, quo *Fauftus* alteros 800. florenos *Gutenbergio* porrexit, fcilicet die 6. Dec. 1452. (ut rectiffime computavit *Dav. Clemens* perperam reprehenfus *à Fournierio Diff.* 11. *p.* 203.) nihil quidquam à *Gutenbergio* imprimi coeptum, at elapfum à principio focietatis biennium in conficiendis inftrumentis ad opera, quæ meditabantur, deftinatis fuiffe transactum. D. *Breitkopff* in fæpius defiderato opere hæc Biblia fecundum omnem artis rigorem examinata fiftet. Interea monendum, quod hæc editio Bibliorum princeps in cœnobio Benedictinorum montis fpeciofi Moguntiæ non amplius reperiatur.

Exftat aliud Bibliorum exemplar, cui nullus titulus fingularis & hoc ex more antiquiffimorum librorum; litteræ nullæ initiales feu capitales, nifi quas variis coloribus eleganter diftinctas adpinxit miniculator five illuminator initio librorum & capitum; neque folia neque paginæ in parte fuperiori numerantur; nullæ plagulæ litteris A. B. C. five fignaturis fignatæ; hinc nulla quoq; regefta hic potuerunt locum habere; nulli cuftodes five paginam fequentem indicantes voces; nullæ diftinctiones minores e. g. femicola, commata; nullæ diphtongi; nomen Urbis, typographi, anni tam in fronte quam calce libri omiffum. Cum repetitur vocalis loco *t* femper *c* eft impreffum e. g *juflicia*, *fanctificacio*; pro dejicio æque ac MSS. folent, impreffum eft deicio. fi quis velit inquirere editionem huic fimilem, poteft notare hoc vitium typographi-

graphicum in cap. XXXVII. Jesaiæ: ponam circulum in *avibus* tuis; pro quo alii rectius posuerunt: in naribus. De hac editione, quam alii esse dicunt de an. 1464 sive 1465, alii antiquiorem habent ac illam anni 1462: videatur Bibliotheca Anonym. I. p. 241. Vogt l. c. p. 118. Hæc Biblia censet una eademque cum illis, quibus in Bibliotheca Uffenbach. pretium ducentorum talerorum statuitur; ibidem hæc profertur descriptio hujus Codicis: Latina Bibliorum editio vetustissima duobus constans voluminibus. Videtur omnium prima & Moguntiæ ab ipsis artis Typographicæ inventoribus Gutembergio scilicet & Faustio typis exscripta. Quamvis enim nulla temporis, loci atque Typographorum mentio fiat; evincit tamen id typorum insignis non omni tamen elegantia carens ruditas & ex ipsa hac ruditate clarissime elucens veneranda antiquitas, linearum ac ipsarum litterarum seu typorum inæqualitas, majuscularum ac initialium litterarum manu & quidem coloribus facta adpictio, minio etiam ubivis additæ interpunctiones, insignis denique chartæ crassities; albedo ac nitor, quibus vetustissimæ omniumque primæ editiones recentiores nostras omnino antecellunt. *C. G. Schwartzius in Anonymi nützl. und auserlesenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche p. VI. pag. 496. seq.* Biblia hæc ita delineat: Biblia latina duobus voluminibus majorum foliorum comprehensa, typisque ligneis iisque mobilibus impressa; sed sine indicio vel anni vel loci vel typographi. Nullis paginæ numeris, neque chartarum quaterniones literis alphabeti, quas signaturas vocant, distinguuntur. Littera cujusque libri prima ut & capitum initiales sunt adpictæ. Inscriptiones & tituli omnes librorum, numerique capitum, nunc minio, nunc colore cœruleo sunt additi calamo. Singulæ paginæ in binas columnas dividuntur. Nullas adhuc rubricas typis impressas usquam deprehendes. Ipsi characteres Gothici & typi sunt satis pingues, quas ratione quantitatis referas ad eam classem typorum, quæ hodie a Typographis *Text-antiqua* item *Parangon-antiqua* appellatur. Litteræ non sunt sibi invicem satis æquales, adeo ut, si exempli causa litt. O in una pagina vel tricies pluriesque occurrat, nunquam ex omni parte sibi æqualis videatur; cum modo crassior appareat, modo tenuior, modo paulo altior, modo brevior; modo verò oviformis, modo rotundior & quæ sunt aliæ varietates. Unde facilè colligas, istos typos non certæ formæ vel matrici fuisse infusos, sed ex ligno singillatim sculptos; quanquam non raro unus typus etiam binas ternasque litteras junctim complectatur. Videntur adeo hæc Biblia eadem esse, quorum exemplar ejusdem prorsus formæ Amicus observavit Leodii in Bibliotheca D. Baronis

de Craffier, quod ille haud præter caufam *Bibliis Moguntinis* anni 1462. antiquitatis nomine utique præferendum cenfuit, imo pro omnium editorum antiquiffimo habuit. Ut alii habeant, quod cum fuo exemplari, fi forte fimile poffideant, conferre poffint, pauca loca fpeciminis loco annotabo. Præmittitur operi *Epiftola* Hieronymi ad Paulinum, ejusque *Prologus in Pentateuchum.* Altera columna primi folii his duobus verficulis finitur: Nec *hoc dico q: Sit aliqd in me ta le qd vel poffis a me' audire vel.* Cap. IIX. Genes. quod in feptimi folii pagina averfa extat, verf. 5. hæc legimus: *Duodecimo em mefe pma die menfis apparuerunt cacumina mocium.* ubi vulgo legimus: Decimo enim menfe prima die menfis &c. plura fpecimina videantur loc. cit.

Aliud planè judicium de his Bibliis tulit Bure l. c. pag. 8. n. 22. Is etiam pag. 6. nro 16. dans le Supplement memorat Biblia facra latina vulgatæ editionis, primæ vetuftatis, æneis characteribus, absque loci & anni nota, fed typis Moguntinis Johannis Fuft evulgata circa an. 1450 - 1455. 2. vol. in fol. membranis impreffa.

Alexandri de villa Dei Doctrinale & *Petri Hifpani* tractatus impreffos Moguntiæ typis Harlemo allatis an. 1442. perhibent Hollandi ex fola *Junii* narratione fupra relata; fed, quàm debile fit & infirmum hoc fundamentum, ibi jam meminimus. Hos antiquiffimi typi libros nemo hactenus detegere potuit.

Donati grammatici primæ paginæ adfcripfit *Mariangelus Accurfius*: *Joannes Fauft* civis Maguntinus, avus maternus *Joannis Schoeffer* primus excogitavit imprimendi artem typis æreis, quos deinde plumbeos invenit; multaque ad artem poliendam addidit ejus filius *Petrus Schoeffer.* Impreffus autem eft hic *Donatus* & *confeffionalia* primum omnium anno 1450. Admonitus certò fuit ex *Donato* Hollandiæ prius impreffo in tabula incifa. Hæc denuo innituntur *Junii* fuprafatæ relationi.

Meermann l. c. pag. 150. notat, quod Bibliis an. 1450. excufis præcefferint: *Tabula alphabetica, Catholicon &c.* aliaque opufcula Xylographica. Ab *Accurfio* quidem fcribi *Donatum* an. 1450. prodiiffe, fed illum per *Jo. Schoefferum Petri* filium in errorem inductum videri, qui memorato anno prima inventa Typographica attribuit, omnia ante acta aut ignorans aut diffimulans. *Trithemius in Annal Hirfaug. Tom. II. pag.* 421. ad an. 1450. ex narratione *Schoefferi* fcribit, quod *Joannes Guttenberger* characteribus litterarum in tabulis ligneis per ordinem fcriptis, formisque compofitis vocabularium, *Catholicon* nuncupatum confilio & impenfis, *Joannis Fuft* impreflerit. Sed hoc Catholicon cum illo ad an. 1460. nolim confundas.

Multi

Multi insuper libri (vid. Biblia quæ congessit Meermann part. 2. p. 285. seq.) perantiquis impressi typis sine anno, loco & nomine typographi extant, qui cum aliis typis probè conferendi priusquam assignentur eis certi editionis anni, dubia semper ejusmodi impressa relinquunt. Ad certiora progrediamur.

§. II.

Libri ab an. MCCCCLVII. ad an. MCCCCLXVI. à *Joanne Fust* & *Petro Schoiffer* impressi.

An. MCCCCLVII.

Prelum reliquit PSALTERIUM. In cujus fine hæc legitur subscriptio:

Præsens Spalmorum (a) *Codex venustate capitalium* (b) *decoratus, rubricationibusque sufficienter distinctus* (c) *adinventione artificiosa imprimendi* (d) *ac caracterizandi* (e) *absque calami ulla exaracione sic effigiatus & ad eusebiam* (f) *Dei industrie* (g) *est consummatum, per Johannem Fust* (h) *civem Moguntinum & Petrum Schoiffer* (i) *de Gernsheim anno Domini millesimo CCCC. LVII. in vigilia assumpcionis.*

(a) ita, pro: *Psalmorum.*

(b) litteris capitalibus sive initialibus formæ subin prægrandis, quas ab intextis florum figuris etiam *Florentes* dixere. Errat autem Mentelius in parænesi, quod hæ litteræ Venetiis principium habuerint arte & ingenio Erhardi Ratdolt Augustani, Typographi Veneti sub annum MCCCCLXXVI. aut VII. cum eædem Capitales anno jam MCCCCLVII Moguntiæ apparuerint.

(c) Inventum sanè præclarum est, Psalmorum initia, psalmosque a versibus & antiphonis cantuque reliquo distinquere minio & cinnabari pro adjumento oculorum & memoriæ.

(d) vid. §. 1. not. a. ubi, quid sit typographia? breviter annotavimus.

(e) Per

(e) Per verba: *imprimendi* ac *caracterizandi* Gerardus Meermann veram artem impressoriam litteris mobilibus æneis, nullatenus autem litteras tabulis ligneis insculptas, quas vocat artis præludia, intelligit. Sic enim in Orig. Typographicis pag. 155. Hoc itaque impressionis genus metallicum usque adeo anteriori Belgico (Harlemensi) præstitit, ceu *Bibliorum Psalterii*que cum primi *Speculi* & utriusque *Donati* editionibus collatio evincit, ut quæcunque inventa Moguntinis præcesserant, non ad artem ipsam spectare visa sint, sed ad ejus præludia indeque artis impressoriæ nomine Scriptores Seculi XV. & insequentis intellexerint eam, quæ æneis sive stanneis typis fiebat, Moguntiæque debebat originem. addit insuper *Ulrici Zellii* apud Chronographum Coloniensem elogium, de quo jam supra.

(f) Pro pietate, cultu & gloria Dei.

(g) industrie sumitur adverbialiter.

(h) Johannes Fust numerabatur inter cives Moguntinos præstantiores, è quibus Ecclesiæ Magistratus, quos *juratos* dicunt, seligi jam ab antiquo consueverant, his accensentur teste libro parochiæ S. Quintini pergameno anno MCCCCLXIV. renovato, de quo plura inter documenta n. XVI. Adjuvit hic Johannem Gutenberg in excolenda arte Typographica consiliis & impensis vid. §. 1. not. 3. concordat MStus Codex a Serrario Rer. Moguntiac. lib. 1. c. XXXVIII. citatus his verbis: *Hoc autem Urbis nostræ Moguntiaci triumphale perpetuæ laudis est præconium, quod hanc ingeniosam charaċterizandi artem non solers Italorum indago, non celebris Græcorum sapientia, non multiformis Gallorum scientia, neque callidum Barbarorum repperit ingenium; sed industriosi nobilis Urbis Moguncïaci cives, scilicet* Joannes Gudenberg *qui cum omnem substantiam suam propter artis difficultatem ferè profudisset, tandem auxilio* Joannis Fust, Joannis Medinbach * *& aliorum concivium adjutus rem perfecit. Post quem* Gudenberg, *qui morabatur* zum Jungen, *qui usque nunc ejus artis nomine nuncupatur*, Petrus Opilionis *id est*, Schöffer, *ejus* (*Joannis Fust*) *gener artis impressoriæ dilatator extitit. Qui etiam suo tempore multa impressit opera. Ecclesiæ Dei quanta provenerit utilitas, quis sufficienter eloqui valebit, dum multi Codices obsoleti pulverulentis olim reclusi bibliothecis, nunc impressi palam modico feruntur precio venales?*

(i) Hoc

* inter adjutores recensetur *Joannes Medinbach*, cujus quoque meminerunt Sebastianus Münster in Cosmographia lib. III. c. 180. & Melchior Adami in vita Joannis Gutenberg. confer. Mentelius in paræneſi pro Typographia pag. 52. not. X.

(i) Hoc nomen variè ſcriptum reperitur, nunc *Schoiffer*, *Schoifher*, *Schoiffher*, *Schoyffer*, *Schoyffher*, *Schoffer*, *Schæffer*, in libro judicii Gernsheimenſis, qui *liber clauſus*, *das verſchloſſene Gerichts-buch* compellatur & Acta judicialia continet ab anno 1437. usque 1607. plerumque *Scheffer*.

Natus eſt Joannes Scheffer in oppido *Gernsheim* ad Rhenum, *

An.

* In antiquioribus documentis vocatur *Gerinesheim*, *Gerenesheim*, *Gernicheshelm*, *Kerenesheim*, *Gerresheim*. Curtis Regia ibidem fuit. vid. Confirmatio privilegiorum Monaſterii Werthinenſis ab Arnulfo Imp. de an 888 apud Bucelinum Germ. ſacr. part 2. pag. 320. & Lünig Tom. III. ſpicileg. Eccleſ. pag. 693. ubi ſubſcriptio: *Actum Gerenesheim Curte Regia*. Tolner Cod. Dipl. Hiſt. Palat. fol. 2. Seculo XV. *Gernſsheim*, *Gernsheym*, *Gernszkeym*, *Gernſshem* hodie Gernsheim in territorio & Diœceſi Mogunt. In libro anno MCCCCLXXVII. excuſo malè legitur *Hernſsheim*. Subinde etiam nominatur latine: *Opilio*. In libro judicii Gernsheimenſis ſupra citato occurrit ad an. 1440 Clos (Nicolaus) Scheffer, qui an. 1450. tria agrorum jugera coëmit. Reperitur ibidem, quod Chriſt. (Chriſtian) Scheffer an. 1455. agros, 1467. domum & duo jugera agrorum, 1475. denuo tria emendo comparaverit. Peter Scheffer poſt obitum ſoceri ſui Joannis Fuſt Gernshemii an. 1467. tria jugera agrorum, 1487. item tria, 1488. rurſus duo 1489. item duo, 1497 quatuor & feria ſecunda poſt S. Nazarii iterum quatuor jugera & tandem an. 1499 à Chriſtiano Scheffer unum juger emit. Ædes Schefferianæ in Gernsheim ſitæ erant ad interiorem civitatis foſſam, im Schafviertel, im ſogenannten Schoſs retro Curiam Erbacenſem.

Hoc Pſalterium liber primus eſt, qui è Typographia Moguntina cum impreſſorum (Typographorum) nominibus & anno impreſſionis prodiit, & quidem in folio. Folium 1. a. habet lineas impreſſas 19. b. lineas 20. Folii 1. pag. a. *incipit*: Dominicis diebus poſt Feſtum Trinitatis. pag. b. incip. Quare fremuerunt gentes. *deſinit*: confidunt in eo.

Fol. 9. a. *incip.* miſit ſagittas. deſinit: manuum. b. *incip.* mear: *deſ.* meos. NB. lineæ in paginis per totum librum numerantur 20. ubi verò hinc indè Chorales notæ inſertæ ſunt, pauciores occurrunt lineæ litteris ſignatæ.

Fol. 24. a. *inc.* bonum eſt. *deſin.* lapidem quem. b. *inc.* reprobaverunt *deſ.* Tunc.

Fol. 42. a. *inc.* autem *deſ.* ſuavis. b. *inc.* eſt Dominus *deſ.* in eo.

Fol. 137. a. lineas habet 21. pag. a. *inc.* ſacerdotes. *deſ.* letania.

Fol. 175. & ultimum pag. a. *inc. cum notis choralibus & his verbis*: Tui ſacri qui *deſ.* ſublimi. pag. b. tantùm legitur ſubſcriptio: *Preſens Spalmorum Codex &c.* ut ſupra. Præmiſſum eſt Calendarium conſtans foliis ſex. Omnia Pergameno impreſſa. Duo tantummodo hujus Pſalterii exemplaria diu fuêre nota; illud

 nempè,

An. MCCCCLVIII.

DIALOGI GREGORII PAPÆ.

Cum Subſcriptione:

Præſens hoc opus factum eſt per Johann. Guttenbergium apud Argentinam Anno Milleſimo CCCCLVIII. fol.

Notat Schöpflinus in Vindiciis Typographicis pag. 40, quod hic liber Typographicis cimeliis accenſendus eſſet, genuina ſi foret epigraphe, calci ejus rubro calore adjecta ſuperius recitata. Addit Doctiſſimus iſte Profeſſor: Palmerius Scriptor Britannus (Generalhiſtory of Printing &c. London 1733. 4. pag. 299.) librum hunc Bibliothecæ Pembrockianæ adſcribit, quam Schöpflinus ipſemet Londini an. 1728. perluſtravit quinquennio antequam opus ſuum edidiſſet Palmerius. Principibus ejusdem libris

nempè, de quo teſtatur Petrus Lambecius Commentariorum Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis lib. II. c. 8. pag. 989: Reperi, ait, inter ea unum impreſſum Codicem in membrana, in cujus fine legitur: Præſens Pſalmorum Codex (NB. non Spalmorum) &c. ut ſupra. Hic Codex fuit olim Mathiæ Corvini Hungariæ Regis, nunc aſſervatur in Bibliothecâ Vindobonenſi.

Alterum in Bibliothecâ Freybergenſi Scholaſtica, ſed non integrum. vid. Joh. Mülleri Chronicon Freybergenſe part. I. pag. 129. tandem Tertium exemplar memorat de Bure Bibliopola Pariſienſis inter libros de feu M. de Boze, undè tranſiit in Bibliothecam de M le Preſident de Cotte. Hic notandum, quod exemplar à D. Groz de Boze in Galliâ poſſeſſum cum illo Pſalterii de an. 1459. prius ex Eccleſia S. Victoris extra muros Mogunt. poſterius ex Abbatia Ettenheim Münſter in tractu Brisgovienſi comparatum fuerit. Quartum eſt Duveanum, Hannoveræ, ante monaſterii Urſulinarum Hildeshemii. Meermann l. c. p. 153.

Solertiſſimo D. Breitkopff Lipſienſi Bibliopolæ notum eſt exemplar Quintum. vid. Deſselben abhandlung über die Erfindungsgeſchichte der buchdruckerkunſt pag. 46. Id fortaſſe noſtrum exemplar eſt, quod per aliquot ſecula inſerviit Choro Majoris Ædis Metropolitanæ Moguntinæ, nunc ut liber Typographiæ elegantiſſimæ Princeps aſſervatur in ejusdem Bibliotheca Sine ſcutis.

Memorata utrùm exemplaria cum noſtro concordent aut in quo differant, facilè quivis experiri poterit, ſi ſuprafatas annotationes ritè adhibeat, queis addimus lapidem Lydium, Finale ſcilicet Pſalterii ad ultimum apicem usque æri inciſum.

Pñs sp
Rub
Ad inuētion
absqꝫ talam
biam dei ind
Ciuē magūt
Anno dñi C

libris ipſo Maittairio comite conſtantiſſimo non ſemel inſpectis, ſed Dialogi à Gutenbergio, ut Palmerius vult, impreſſi, non comparuerunt. Librum tamen iſtum, ſi unquam adfuiſſet, Pembrockiæ Comes atque Mettairius antiquitatum Typographicarum peritiſſimi litterato Argentinenſi præ omnibus oſtenſuri fuiſſent. Itaque liber hic vel tum pro ſpurio jam habitus fuit atque neglectus; vel ſi poſt hoc tempus Bibliothecæ Pembrockianæ acceſſit, non minùs eſt ſpurius; cui impoſtor & imperitus quidem, rubrum adjecit. Gutenbergius jam an. 1450. ſocietatem Moguntiæ cum Fauſto inierat, Argentina relicta, ad quam temporibus inſecutis eum rediiſſe non conſtat. Neque Gutenbergianæ hujus aſſertæ inſcriptionis ſtylus finalibus illis formulis, quæ tum adhiberi cœperunt, reſpondet. Adde, quod nullus adhuc in litterario orbe viſus ſit liber, qui ex Gutenbergii typographia prodiiſſe ſe prodat ejusdem nomine inſignitus. Inter an. 1457, quo Pſalterium & an. 1459. quo alterum impreſſum eſt Pſalterium à Johanne Fuſt & Petro Schoiffher, nullus anni nota ſignatus codex Moguntiæ lucem aſpexit; nullus porro Argentinæ, ante an. 1471, qui typographum, annum impreſſionis & locum typis expreſſos deſignet. Neque præter Palmerium aliquis codicem hunc Gutenbergianum recenſet.

Circa hunc librum, qui nullum habet ſeparatum titulum, ſed exemplo vetuſtarum editionum ſtatim ab ipſo argumento incipit, Meermannus, qui eundem examinavit, ſequentia notat orig. Typogr. p. 2. pag. 14. ſeq. Thomas Pembrokiæ Comes fronti hujus operis ſermone Anglico adſcripſit: *Hunc mihi librum* comparavi, quod impreſſus ſit ante uſum typorum è matricibus fuſorum; nam ex diverſitate ductuum earundem litterarum patet, impreſſionem factam typis ligneis mobilibus. Quod verò ad ſubjectam epigraphen rubro colore attinet, ſignificavi venditori, fraudem me ſuſpicari, quandoquidem aliquot ânte menſibus ſimile exemplar absque tali ſubſcriptione mihi oblatum fuit ab alio non nemine, verum qui plus pretii à me popoſcit, quam in id impendere animus tum erat.

Charta capite bubulo inſignita eſt, quali Fauſtus utebatur; atque hic liber creditur vetuſtior omnibus, quos hic typographus adjecta anni nota excudit, adeoque etiam præceſſit anno 1458, rubro colore hic addito.

In exemplo hiſtoriæ typographicæ per Sam. Palmer, quod poſſidet Cl. Tutet ſocietatis antiquariorum membrum, Cl. Ames priſtinus illius poſſeſſor, addidit notam MS., in qua affirmat, ſubſcriptionem memoratam: *Preſens hoc opus &c.* typo additam ab ipſo Palmerio, lucri inde conſequendi cauſa, prout is didicerat ab aliquo executorum teſtamenti Palmeriani; atque hanc aſſertionem Cl. Ames ſæpe Tuteto narravit, qui etiam ipſe exemplar libri Palmeriani cum notis ſuis MSs. eidem vendidit. Tuteti verò beneficio hanc circumſtantiam cognovi ait Meerman loc. cit.

Hic præterire nequeo recenſionem noviſſimam operum S. Gregorii M. editionis Venetæ XVII. Volum. 4. m. Auctore Bibliothecæ Eccleſ. Friburgenſ. Vol. V. pag. 185. ubi habetur: Antiquiſſima eſt editio Dialogorum, quæ ſine nota loci & anni vulgata eſt. Non deſunt qui velint, prodiviſſe illam initio inventæ apud Germanos artis Typographicæ ex ſecreta officina Jo. Fuſtii circa a. 1456. Mog. in fol. Huic proximè accedit editio alia eorundem Dialogorum, quam procudit Guttenbergius a. 1458. in fine notata hoc modo: Præſens hoc opus &c. ut ſupra. Clemente IX (legi oportet: Clement Tom. IX.) Hauſta eſt hæc notitia ex Jo. Jacobi Baueri bibliotheca librorum rariorum univerſali Tom. II. pag. 53. Norimb. 1771. 8. qui in confirmationem ſui aſſerti citat Davidem Clement Tom. IX. Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique. Göttingue 1760. 4. Sed fatetur Clement, ſe nunquam vidiſſe præcitatas editiones, imò cum Schöpfflino cenſet: falſò Dialogis adſcriptum eſſe annum 1458. Bauerus ergo nullo jure pro re ſua citare potuit Clement. Hinc inconvulſa manent quæ ſupra ex Schöpfflino & Meermanno retulimus.

Ad hunc annum Johannes Philippus de Lignamine in Chronico ſummorum Pontificum, Imperatorúmque ſive continuatione Chronici Ricobaldi

baldi Ferrarienſis edito Romæ an. 1474. notat: = Jacobus cognomento Cutenbergo *, patria Argentinus ** & quidam alter, cui nomen Fuſtus, imprimendarum literarum in membranis cum metallicis formis periti, trecentas cartas quisque eorum per diem facere innoteſcunt apud Maguntiam Germaniæ civitatem. Johannes quoque Mentelinus nuncupatus apud Argentinam ejusdem provinciæ civitatem ac in eodem artificio peritus totidem cartas per diem imprimere agnoſcitur.

MCCCCLIX.

PSALTERIUM. fol.

Preſens pſalmorum Codex: venuſtate capitalium decoratus, rubricationibusque ſufficienter diſtinctus adinvencione artificioſa imprimendi ac caracterizandi, absque ulla calami exaracione ſic effigiatus. & ad laudem Dei ac honorem Sancti Yacobi eſt conſummatus, per Johannem Fuſt civem Maguntinum. & Petrum Schoifher de Gernsheym Clericum ***. Anno Dni Milleſimo CCCC. LIX. XXIX. die. menſis Auguſti.

 Extat

* de Lignamine in Gutenbergii prænomine erravit ſicut &

** In ejusdem patria; cum ex ſupradictis abundè conſtet, quod Joannes Gutenberg patriâ Moguntinus fuerit.

Ex hoc teſtimonio inferre licet, quod poſt ruptam a. 1455. Fauſti & Gutenbergii ſocietatem uterque propriam Moguntiæ officinam habuerit.

*** Petrus Schoifher vocatur *Clericus* id eſt, qui litteris imbutus erat, vir litteratus ac doctus; ut eſt in Nov. 6. Juſtiniani c. 4. & Nov. 123. c. 12. qui enim litteras neſcit, Clericus eſſe non poteſt. Ordericus Vitalis l. 3. Clericus cognominatus eſt, quia peritia litterarum, aliarumque artium apprimè imbutus eſt. Joannes de Garlandiâ in æquivocis:

Fur aurum, virgo flores, mare nautaque, libros Clericus æquivocè ſingula quisque legit

Præclarè notat Schöpflinus vindic Tyogr c. 3. §. 4. n. quòd Clericus non modò opponebatur laico, ſed & peculiari ſignificatu Actuarium, ſcribam amanuenſem denotabat Galli hodiedum ſcribas ſuos appellant *Clercs*. Schwartzius, proprio ſignificatui vocis inhærens, Sacerdotalis ordinis hominem Petrum noſtrum

Extat ad S. Jacobum. in pergameno. Item tria extitêre exemplaria in Choro Carthusiæ extra muros Mogunt., quæ modò in Bibliotheca Universitatis asservantur.

Examinavi tria Carthusiæ exempla sibi invicem in textu simillima.

In Exemplari quolibet numerantur folia CXXXVI. Ziffræ pro Chori commoditate paginis additæ junioris ævi sunt.

Longitudo folii, si à typo mensurare incipias & in typo desinas, habet pollices tredecim, latitudo autem octo mensuræ Moguntinæ.

Litteræ initiales rubræ sunt cum decorationibus cœruleis aut cœruleæ cum rubris decorationibus alternativè. Tertium exemplar litteras ejusmodi decoratas usque ad folium 19. inclusivè, à folio 20. usque ad finem rubras initiales sine decorationibus exhibet.

Fol. 1. a. lin. 1. Beatus ſia ſcdā ad primam.

littera B. rubra cum cœruleis decorationibus & illi similis est, quam de Heinecke ex psalterio de an. 1457. inseruit denen Nachrichten von Künstlern und Kunst-Sachen Tom. 2. p. 28. *

Eod. fol. & pag. lin. 16. Quare fremuerūt gētes

Fol. 3.

strum fuisse existimavit, duosque adeò constituit Petros Schœfferos, illum, quem Faustus in epigrammatis *Clericum* vocat, distinguens ab altero, quem *puerum* appellat. Ast, malè distinguit. Faustus ad an. 1465 usque eum *Clericum* dicit; dein *puerum*, quod illo tempore statum mutavit, ex scriba factus Typographiæ operarius, ut Fausto, qui filiam ei suam destinaverat, in officina succederet. vid. Schwarz in documentis suis de orig. Typograph. part. II. p. 17. Johannes Schœfferus in notitia Compendio Trithemiano subjuncta Petrum Schœfferum Fausti ministrum & filium adoptivum vocat, cui filiam dederit in matrimonium. Trithemius in Annal. Hirsaug. ad an. 1450. eundem Schœfferum *famulum*, postea *Generum* Fausti fuisse scribit. Confer. nota sequens ad *Durandi Rationale Divinorum Officiorum* sub voce *Clericus*.

* Usus igitur litterarum capitalium quacunque arte impressarum est vetustior, quàm Jacobus Mentelius in parænesi pag. 64. & hoc duce Maitterius & alii statuerunt. Has adhibitas vidimus in Psalterio an. 1457. seq. Undè errant, qui litterarum, quas *florentes* vocant, inventionem Erhardo Ratdolt Augustano Typographo Veneto attribuunt.

Fol. 3. a. lin. 16. Domīe Deus meus
post lineam 8 hujus paginæ sequitur:
ā servite Domīo in timore &c.
b. lin. 22. Domīe Dn̄s noster
Fol. 7. a. lin. 9. Domīe quis habitabit
lin 21. Consˀva me Domīe
D & C horum psalmorum rubrum habent colorem absque cœruleis decorationibus.
Fol. 9. lin. 2. Cum Sancto Sanctus -
Phares (hæc vox rubrum habet colorem.)
Fol. 10. b. lin. 1. Celì enarrat gl'ia̅ Dei
(vid. infra pag. 150.)
Fol. 21. a. lin. 1. Benedicam Dn̄m in om̄i
b. lin. 11. judica Dn̄e nocentes
Fol. 28. a. lin. 21. judìca me Deus
b. lin. 10. Deus auìb9 nr̄ìs
Fol. 35. a. lin. 12. Deus in nomine tuo
b. lin. 2. Exaudi Dsˀ oracōne
Fol. 46. a. lin. 19. Deus judiciū tuū
Fol. 47. a. lin. 7. Quam bon9 Israhel
Fol. 58. a. lin. 3. Eterne rerum conditor
b. lin. 1. Inclìna Dn̄e
Fol. 68. a. lin. 3. Domine exaudi
Fol. 76. a. lin. 1. Paratū cor meū
lin. 22. Deus laudē mea
Fol. 83. a. lin. 17. Legem pone
b. lin. 7. Et veniat sup me
lin. 21. Memor estō
Fol. 87. a. lin. 15. Mirabilia testimo=

b. lin.

b. lin. 6. justus es
lin. 18. Clamavi in toto corde
NB. (in toto corde MEO calamo adscriptum est.)
Fol. 94. a. lin. 17. Confitemini domio
Fol. 101. a. lin. 2. Laudate dnm
b. lin. 1. Lauda Jherusalem
Fol. 110. a. lin. 11. Pater noster
lin. 18. Credo in Deum
b. lin. 7. Quicunque vult salvus esse.
Fol. 119. a. lin. 1. jam lucis orto sidere
lin. 14. Nunc sce nobis Spiritus
b. lin. 7. Rector potens verax Deus
Pag. 120. lin. 1. Reru Deus tenax vigor
lin. 10. Deus creator omniu
à paginâ istâ quævis suam ciffram obtinuit usque ad finem operis.
Pag. 129. lin. 10. Te lucis auctor personet
lin. 20. Aurora lucis rutilat
Pag. 135. lin. 5. Eterna Christi munera
lin. 15. Sanctoru meritis
Pag. 141. lin. 16. Quod chorus vatu
Pag. 146. lin. 7. Jesu Criste auctor vite
lin. 14. Votiva cunctis orbita
Pag. 150. lin. 4. Criste Sanctoru
lin. 16. Criste Redemptor omiu
Pag. 151. lin. 2. Jesu Salvator Seculi
lin. 12. Martine Cofessor Dei

Nota. Pag. 150. lin. 16. in voce Criste litera initialis C rubra & cærulea est. Animadvertet autem sedulò examinans, quod rubrum inter & cæruleum colorem relictum

sit

fit ſpatium, eo quod is, qui per formam adpoſuit colorem cœruleum, non ſatìs attentus fuerit & à verâ aberraverit lineâ. Idem obſervare licuit fol. 10. b. lin. 1. in littera C. Ritè hinc concludimus, quòd multæ initiales litteræ per exciſas lamellas variis coloribus ſint efformatæ.

MCCCCLIX.

DURANDI RATIONALE DIVINORUM OFFICIORUM.

Sic finitur.

Preſens Racionalis codex divinorum officiorum venuſtate capitalium decoratus, Rubricationibusque diſtinctus, artificioſa adinventione imprimendi ac caracterizandi absque calami exaratione ſic effigiatus & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatus, per Johannem Fuſt civem Moguntinum & Petrum Gernsheym clericum * dioceſis ejusdem Anno Domini MCCCCLIX, ſexta die Octobris.

Codex hic in pergameno & charta mixtim impreſſus eſt. Extat in Bibliotheca Metroplitana. fol.

MCCCCLX.

* Clerici vulgo Scholares apud auctorem de diſciplina ſcholarium cap. 4 quomodo olim appellati Scholaſtici in Academia Pariſienſi, undè etiamnum manſit nomen Pariſiis, *Prati Clericorum*, quod prædium fuit, ſeu ager eidem Academiæ proprius. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia: *Ille qui frequentat magis ſcholas & diligentius Magiſtrum audit, debet melior clericus reputari.* Schœfferus, latinè ſcribentibus ſæpè dictus *Opilio*, ſcriba librarius decennio abhinc elapſo Pariſiis eſt commoratus ut Schöpflinus comprobavit l. c. n. VII. ex codice MS. Bibliothecæ Univerſit. Argentor., in quo aſſervatur notitia libri manu Petri de Gernsheim nitidè deſcripti Lutetiæ Pariſiorum a. 1449. = HIC. EST. FINIS. OMNIUM. LIBRORUM TAM. VETERIS QUAM NOVE. LOICE. COMPLETI PER ME PETRUM. DE GERNSHEIM. ALIAS DE MAGUNCIA ANNO. M°. CCCC°. XLIX°. IN GLORIOSISSIMA. UNIVERSITATE. PARISIENSI. **

In Finali ſubſcriptione Durandi omiſſa ſunt vocabula *Schoifher de*, quod incuriæ operariorum putem adſcribendum.

** Cl. Schwarzius duos fingit Schœfferos, quorum unum clericus, alter laicus; ſed

MCCCCLX.

CATHOLICON JO. de JANUA. (1) fol.

Sic finitur.

Altiſſimi praeſidio, cujus nutu infantium lingue fiunt diſertae, quique numero ſaepe parvulis revelat, quod ſapientibus celat, hic liber egregius, Catholicon, Dominicae Incarnationis annis M. CCCC. LX. alma in urbe Maguntina nacionis inclytae Germanicae, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignatus eſt, non calami ſtyli aut penne ſuffragio, ſed mira patronarum formarumque concordia proportione & modulo impreſſus atque confectus eſt.

Hinc tibi ſancte Pater nato cum flamine ſacro
Laus & honor Domino trino tribuatur & uno
Eccleſiae laude libro hoc Catholice plaude,
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.

Deo gratias.

ſed malè. Ita Meermannus quoque duos eodem tempore Joannes Gensfleiſchios ſuis inſeruit originibus, ut ſuum ſyſtema imaginarium, ſed nullâ ratione ſuffultum, deducere potuerit.

(1) Hujus lexici etymologici latinæ linguæ Seculo XIII à Joanne de Balbis (hinc forſan initium hujus ſubſcriptionis lin. 1 & 2. *Linguæ infantium fiunt diſertæ*, deſumptum eſt) nobili Genuenſi, undè etiam Januenſis vel de Janua cognominatur, congeſti. vid. Maittaire Annal. Typogr. Tom. I pag. 271. ſeq. edit. nov. conferatur annus MCCCCXLII quo prodiit altera hujus libri editio. Bayle ſub voce: *Balbus.*

Extat editio prima in Bibliotheca montis S. Jacobi, exemplar alterum, quod cœnobitæ iſti poſſidebant, tranſiit ad Bibliothecam, quæ Mannhemii eſt, Bavaro Palatinum, Tertium Gallis pro libris aliis conceſſum eſt.

In Bibliotheca Metropolitana Moguntina tria primæ editionis aſſervantur exemplaria & manuſcripta.

Exemplar primum uno compactum eſt volumine, vocabulario præmiſſâ Grammaticâ.

Voca-

Vocabularium incipit ab A. *Alma* & definit cum vocabulo: *Zozimus*, dein ſequitur: *Immenſas Omnipotenti Deo &c.* cum jam memoratâ ſubſcriptione: *Altiſſimi preſidio &c.* Ultima hujus paginæ antepenultimæ verba ſunt: *Deo gratias.* In ſubſequente pagina penultima: *Sequitur tabula rubricarum hujus voluminis & primo de Ortographia I. de Littera II. de Diphtongis III. &c. &c.* ultima hujus paginæ ſunt: *De Synecdoche CXXVII.* Pagina ultima numerat ſolummodò in primâ columnâ lineas 8. duæ ultimæ lineæ ſic habent: *Quinta pars hujus operis tractat de ethimologia rerum litterarum alphabeti ordinem tenens CXXXIIII.* Tot diviſiones habet Grammatica, quam dein ſubſequitur vocabularium.

Sexaginta & ſex lineæ in quâlibet paginâ numerantur, ubi integræ ſunt ejusdem typi columnæ.

In Grammaticâ vocabulario (quod Catholicon vocatur) præmiſſâ, numerantur folia ſexaginta & quatuor.

Folio 125. Vocabularii pag. a. finitur littera H. pag. b. hujus folii planè nihil continet. Ultimum prædictæ paginæ *a* eſt: *ſequitur.* Dein ſequuntur ab I. folia 184. ſed ultimum folium habet tantum lineas impreſſas octo. Numerantur in hoc libro folia 373.

Initium libri eſt: *Incipit ſumma que vocatur Catholicon, edita a fratre Johanne de Janua. Ordinis fratrum predicatorum.*

Litteræ initiales ex lazuro & rubrica ſunt.

Notandum quod litteræ illius editionis, cui annus non eſt additus, ſint majores editionis ſupra deſcriptæ.

Editio cum anno numerat lineas ſexaginta & ſex; illa ſine anno in quavis columnâ ſexaginta & quinque.

In qualibet editione litteræ initiales ex lazuro & rubrica, ſed in editione ſine annò longè majores ſunt.

Editio ſine anno diviſam refert Grammaticam ſic: De Ortographia, de Littera, de Diphtongis &c. ſed omittit numeros I. II. III &c.

Utraque editio à ſe invicem quandoque differt in uno alteróve verbo, ſubin in lineâ integrâ.

In editione ſine anno deeſt folium 372. ſeq. *Tabula rubricarum hujus voluminis*, quæ reperitur in editione cum anno.

Duo in Metropolitanâ Bibliothecâ adſunt exemplaria ſine anno chartacea. Illud exemplar cum anno pergamenum eſt.

Editio

Editio cum anno in duo volumina ſeparari & compingi poteſt commodè, non autem illa ſine anno.

Adeſt in eâdem Bibliothecâ Tomus unus vocabularii hujus continens Grammaticam & vocabularium usque ad finem litteræ G. Reliqua deſunt.

In lineâ ſecundâ ſubſcriptionis libri legimus loco abbreviaturæ *nũo ſaepe*, numero ſæpe, non ut alii ſœpe.

Cl. Meermann in conſpectu originum Typographicarum an. 1761 in lucem editarum annum editi Catholicon 1460. mendoſum ſuſpicatur & notat pag 28. „Ob-„ſervatio hæc, etſi in antiquitatibus Moguntiæ typographicis locum ſibi proprium „vindicet, hic tamen fortè non ingrata Lectoribus erit Dubium ergo circa an. 1460. movet, quod eo tempore una tantum Moguntiæ exſtiterit officina Typographica ſcilicet, Joannis Fauſti & Petri Schœfferi. Quominus verò hunc librum ex eorum prelo exiiſſe putem, triplex vetat ratio: 1. Quia tota ſubſcriptionis formula differt à reliquis, quibus illi uſi. 2. Quia nomen impreſſoris epigrammati non additum, uti conſtanter in libris uterque fecit, ſcutis quoque ſœpiſſimè adjectis. 3. Quia typus Catholici omnino diſſimilis illi eſt, qui vel in Durandi Rationali an. 1459. vel in reliquis horum operibus adparet, agnoſcentibus Schwarzio primar. docum. part. II. p. 13. & Fournierio Diſſertat. II. p. 236. Conjecit quidem ne anni nota ſollicitaretur, Schwarzius l. c. opus hoc an. 1460. Moguntiæ ex prælo Gutenbergico prodiiſſe, quod tamen falſa nititur hypotheſi. Gutenbergius enim poſt ſeparationem cum Fauſto an. 1455, officinam non Moguntiæ, verùm Argentorati erexit, ipſoque anno 1460 hic impreſſit, quemadmodum & ex Relatione Fauſti Aſchaffenburgii & antiquo Ach. Pirm. Gaſſari teſtimonio cap. VIII. probabimus. Cum ergo an. 1460. Moguntiæ præter Fauſti Schoefferique officinam nulla alia extiterit, & tamen illis *Catholicon* tribui haud poſſit, dudum ſuſpicatus ſum (pergit Meermannus) in anno impreſſionis mendum latere, uti in pluribus editionibus antiquiſſimis accidiſſe ſatis ſuperque notum eſt. Certiora tandem de hujus libri impreſſore ante annum & quod excurrit edoctus ſum, quando Legationis ad Sereniſſimum Magnæ Britanniæ Regem ab Ordinibus noſtris mihi impoſitæ cauſa in Anglia degentem Blenhemiæ propè Oxoniam hoſpitio ſuo humaniſſimè me excepit Celſiſſ. Princeps Georgius Spencer Duc de Marlbourough. In Bibliotheca enim, quæ illic aſſervatur eximia à Sunderlandiæ Comite ante ſesqui ſeculum collecta, oſtendit mihi V. Cl. Jacobus Bryantius antiquitatum Typo-

Typographicarum curiosissimus, qui in hac arce sœpiùs commoratur, rarissimum & incognitum hucusque cimelium, ipsissimo Catholici typo editum, sistens vocabularium secundum ordinem Alphabeti, (utque nobis videbatur, magni operis epitomen) forma quarta excusum, 35. lineas in quavis pagina continens & in fine sequenti à Catholico non absimili subscriptione conspicuum:

Presens hoc Opusculum non stili aut penne suffragio, sed nova artificiosaque invencione quadam ad eusebiam Dei industriè per Nicolaum Bechtermunze in Eltvil est consummatum sub anno Domini MCCCCLXIX. ipso die Bonifacii, qui fuit quinta die mensis Junii.

Hinc tibi sancte (deest, Pater) nato cum flamine sacro
Laus & honor Domino trino tribuatur & uno,
Qui laudare piam pemper non linque Mariam.

Intulit ex hisce non injuria Bryantius: Bechtermuntzium verum Catholici æquè ac illius epitomes impressorem fuisse, qui uti alii typographi Seculi XV. duas habuerit officinas & in eodem quidem Archiepiscopatu sitas, unam Eltviliæ, alteram Moguntiæ. Hunc verò cum anno 1460. Moguntiæ impressisse nullo modo sit probabile, imò præcessisse epitome magno operi videtur, conjecimus ambo, in *Catholico* pro MCCCCLX, legendum MCCCCLXX. quemadmodum in *Decore puellarum* Venetiis Nicol. Jensonis caracteribus descripto pro MCCCCLXI. rescribendum MCCCCLXXI. inter eruditos jam convenit vid. Memoires de l'Academie des inscriptions & belles lettres Tom. XIV. part. I. pag 232. & Catalog. Biblioth. Smithianæ Venet. 1755. pag. 116. Idem ille Bechtermuntzius obscurus hucusque homo, deinde vocabularium Latino-Teutonicum, quod à verbis præfationis initialibus: *ex quo* ea ætate vocabatur, publicavit Eltviliæ an. 1477. Indice Jo Heumanno in Opusculis p. 452.

Falluntur porro, ut & hoc addam, qui editionem Catholici Jo. de Janua fingunt initio epochæ Moguntinæ tabulis ligneis impressum, quas profecto tam vasto operi inserviisse nec verum nec vero simile est. Novi quidem Petrum Schoefferum id olim Trithemio de Catholico retulisse, non addito tamen scriptoris nomine. At hoc nomen cuivis ferè Lexico, quod communi in usu esset, adplicabatur, uti Donati appellatio Grammaticæ. Itaque intelligere hic licebit perbreve quoddam vocabularium, usui scholarum accommodatum, quod sicuti Donatus, utiliter tabellis incidi potuit, cum hæc opuscula & parvæ molis & passim expetita essent. Imò si relatio Fausti Aschaffenbur-

 gii

gii ap. Koeler p. 50. attentè legatur, patebit, hujus fuiſſe generis, qui fixis typis Moguntiæ olim deſcribebantur, libros omnes.

Rejectis itaque Januenſis Lexici editionibus, tum tabellarii, tum alia an. 1460. principem hujus libri editionem exiſtimo, quæ Auguſtæ Vindelicorum typis Guntheri Zainer de Reutlingen an. 1469. in fol. maj. prodiit a Petro Scriverio olim indicata in Laurecrans voor Laurens Coſter p. 64. à Schwarzio deſcripta in Indice novo libror. ſub incunab. typogr. impreſſ. p. 82. ſeq. cujus exemplum in Bibliotheca V. Rever. de Wilhem V. D. M. in alia in publica Altorfina & Archiepiſcopali Salisburgenſi latere didici ex veterum librorum indiculis, quos beneficio Ill. Baronis Senckenbergii egregiè de litteris, optimè de me meriti accepi; niſi tamen huic jam præceſſerit alia loci, typographi, annique indicio deſtituta, quæ in Bibliothecis tum Lugduno-Batava ex legato Profp. Marchantii, tum S. Genovevæ & Jeſuitarum Lutetiæ aſſervatur, quamque Argentorati à Jo. Mentelio excuſam ſatis probabile reddidit Fournierius Diſſert. II. p 84 ſq.

Idem Meermannus in Origin. Typogr. parte altera p. 95. ait not. G. In conſpectu originum mearum p. 28. oſtendere annifus ſum, ſubſcriptionem hujus *Catholici* mendoſam eſſe, & ſubſtituendum videri 1470. Re verò penitiùs conſiderata, muto ſententiam. Nam opportunè me monuit Ill. Duve Cancellariæ Electoralis Hanoveranæ Secretarius, inque omni litterarum genere verſatiſſimus, conjecturam noſtram refelli annotatione quadam MS. quæ *Catholici* hujus exemplo apud Altenburgenſes in monaſterio B. Virginis conſpicuo, præfixa eſt his verbis: *Liber preſens* per venerabilem Virum Dominum Ottonem Griſs tunc temporis Prepoſitum in utilitatem monaſterii B. Marie V. in Aldenburgk confratrumque ibidem exiſtentium emptus eſt de bonis monaſterii ſcilicet XLI. antiquis ſexagenis anno Domini M. CCCC. LXV. circa feſtum ejusdem. Ea verò annotatio (à Jo. Chr. Fr. Wiliſch jam edita in Ind. Biblioth. Altenb. an. 1721. p. 25, niſi quod vitioſe *Geiſs* pro *Griſs*, moxque *Epiſcopum* loco *Præpoſitum* exhibuerit) omnem fidem meretur, tum quod manu ejus temporis ſcripta ſit, tum quod ex Annalibus ejusdem monaſterii conſtet, hunc Ottonem Griſs ſive Gries revera Præpoſitum an. 1458. ac ſeq. illic fuiſſe & an. 1469. vel fortè priùs defunctum, quando ſucceſſor ejus occurrit Conradus Einſil; quemadmodum in litteris ſuis ad conſultiſſimum Duvium ſcripſit J. B. Reichel Gymnaſii Altenburgenſis Profeſſor. Cum igitur ex annotatione hac liqueat, jam an. 1465. exſtitiſſe illam *Catholici* editionem, non ſollicitandam nunc arbitror in ſubſcriptione nni notam.

Sub-

Subſcriptio ſuperiùs memorata, quam refert Catholicon nova excitat dubia 1. formula ſubſcriptionis tota quanta diverſa eſt à ſubſcriptione Pſalterii de an. 1457. & 1459. nec non ejusdem anni Rationalis Divinorum Officiorum Durandi. 2. Nigro excuſa eſt atramento, mox nominatæ autem editiones Pſalterii &c. rubro. 3. Ibi nomina impreſſorum addita, hic omiſſa. 4. Differunt litteræ *Catholici* à litteris Durandi Rationalis &c. Catholicon ex officina Gutenbergica prodiiſſe conjiciunt ex eo, quod Bechtermüntzius Altavillæ Typographus iisdem impreſſerit litteris an. 1469. Cum verò hæc maximam partem pertineant ad artis Typographicæ mechaniſmum, ea maturiùs examinanda relinquimus artis hujus peritis, qui ſunt determinaturi litterarum identitatem, aut diverſitatem, an litteræ ligneæ fuerint adhibitæ vel metallicæ an ſculptæ vel ſculpto-fuſæ, quid indigitet patronarum formarumque concordia, proportio & modulus? vid. infra an. 1469.

CONSTITUTIONES CLEMENTIS V. PP. fol.

Finale.

Preſens Clementis Pape quinti conſtitutionum Codex una cum apparatu Dn. Joh. Ant. ſuis rubricationibus ſufficienter diſtinctus artificioſa adinventione imprimendi & characterizandi absque ulla calami exaratione ſic effigiatus & ad euſebiam Dei. induſtrie eſt conformatus per Joannem Fuſt civem Moguntinum & Petrum Schoiffer de Gernsheim clericum diœces. ejusdem. Anno Domini MCCCC ſexageſimo XXV. die menſis Junii.

E Bibliothecæ Weingartenſis exemplari an. 1760. deſcripſit Martinus Gerbert nunc S. R. I. Princeps & Abbas Congreg. S. Blaſii in ſilva nigra digniſſimus. vid. Iter Alemannicum Typis San-Blaſianis an. 1765. divulgatum p. 239.

Hanc Subſcriptionem Köhlerus in Guttenbergs Ehrenrettung p. 97. ſic profert:

Preſens Clementis Pape quinti Conſtitutionum Codex una cum apparatu Dn. Jo. An. ſuis rubricationibus ſufficienter diſtinctus artificioſa adinventione imprimendi & characterizandi absque ulla calami exaratione

ſic

ſic effigiatus per Johannem Fuſt Civem Moguntinum & Petrum Schoiffher de Gernſheym Clericum dieces. ejusdem. Anno Dn. MCCCC Sexageſimo XX die menſ. Junii.

Hæc Subſcriptio ejusdem anni eſt, quem refert illa Catholici, diverſiſſimi verò ſtili & quidem ejusdem cum pſalteriis & Durandi Rationali. Ex quo fortaſſe argumentum efformare liceat pro duplici Officinâ Typographicâ Moguntiæ hoc anno multùm aſſiduâ.

MCCCCLXI.

Liber circumfertur, ſub rubro: *Decor puellarum* anno iſthoc Venetiis à Nicolao Jenſone impreſſus; ſed quàm oppidò falſum hoc ſit & ne nova excitentur dubia ſuper inventione artis Typographicæ Urbi Moguntinæ ſolidè ſatis vindicatâ, prius aſſertum paucis nunc examinandum eſt.

Auctor Chronici Colonienſis ibidem an. 1499. Germanice editi fol. 311. tractat: Van der boychdruckerkunſt. Wanne, wae und durch wen is vonden dye unysſprechlich nutze kunſt boicher zu drucke. Aſſertur teſtimonium Ulrici Zell Hanovienſis Diœceſeos Moguntinenſis clerici impreſſoris primi Coloniæ Agripprinæ, qui aſſeverat = Item deſe hoichwyrdige kunſt vursz, is vonden aller erſt in Duyitſchland tzo Mentz am Rijne Item eynre genant Omnebonus, der Schrijfft in eynre vurrede up dat boich Quintilianus genoempt. undt ouch in anderen meir boicher, dat eyn wale (Gallus) uyſs Vranckrijch genant Nicolaus Genſon have alre eyrſt deſe meyſterliche kunſt vonden, mer dat is offenbarlich gelogen. Want Sij ſyn noch im leven die dat getzuigen dat men boicher druckte tzo Venedige, ee der Vurſz Nicolaus Genſon dar quame, dair he began Schrifft zo ſnijden und bereyden. Mer der eyrſte vynder der druckerye iſt geweſt eyn burger tzo Mentz, ind was geboren van Straiſsburch (Moguntiæ natus) ind hieſch Joncker Johan Gudenburch.

Item van Mentz is die vurſz kunſt komen alre eyrſt tzo Coellen. dairnae tzo Straiſsburch, ind darnae tzo Venedig.

Joannes de Spira in ſubſcriptione *Epiſtolarum Ciceronis ad familiares* 1469. primum ſeſe impreſſorem Venetum tradidit; unde apparet, epigraphen libri, dicti Decor puellarum & an. 1461. Nicolao Jenſon adſcripti, vitio laborare & legendum: 1471. Id quod & Middletonus agnovit, & confirmarunt de Boze Tom. XIV. des Memoires de l'Academie des Inſcript. part. I. p. 232. & Catalogus Bibliothecæ Smithianæ p. 116. vid. Meermann orig. Typogr. parte alterâ p. 258. 232. 241.

MCCCCLXII.

BIBLIA.

Praeſens hoc opuſculum artificioſa adinventione imprimendi ſeu caracterizandi absque calami exaracione in civitate Maguntina ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei induſtrie per Johannem Fuſt civem & Petrum Schoiffher de Gernſsheym clericum diocesſis ejusdem eſt conſummatum Anno Dni M. CCCC. LXII. In vigilia Aſſumpcionis Virginis Marie.

in exemplari bibliothecæ civitatis Francofordienſis legitur: *In vigilia Aſſumpcionis glorioſe Virginis Marie.*

Adpoſita ſunt Scuta, ùt exhibentur paulò infra:

Adſunt & ejusdem anni Bibliorum exemplaria cum hac ſubſcriptione:

Preſens hoc opuſculum finitum ac completum. & ad euſebiam Dei induſtrie in civitate Maguntina per Johannem Fuſt civem & Petrum Schoiffher de Gernlsheym clericum diocesſis ejusdem eſt conſummatum. Anno incarnacionis Dominice. M. CCCC. LXII. in vigilia Aſſumpcionis glorioſe Virginis Marie.

Cum Scutis.

In exemplari Bibliothecæ Collegii quondam Jeſuitarum Moguntini legitur: *In vigilia Aſſumpcionis Virginis Marie.*

 Sic

Sic quoque in exemplari PP. Franciſcanorum Moguntiæ. ſed in linea tertia finalis, habetur: Moguntin. in illa Collegii Magunt.

Reperiuntur etiam exemplaria, in quibus legitur: *Dioteſis*, in aliis *Dioceſis*. iterum alia, in quibus: *virginis*, in aliis *virgines*.

Differentiarum cauſas enodare etiam peritiſſimis chalcographis difficile videtur. Conf. Mich. Maittaire Annales Typograph. T. I. p. 272. Jacobi le Long Bibliotheca S. p. 575. Hamburgiſche Berichten An. 1741. p. 391 ſq. J. C. Goetzen Merckwürdigk. der Königl. Dresd. Biblioth. T. I. p. 5. ſq.

Exemplar Bibliothecæ Francofordienſis ad ultimum apicem usque examinatum ſiſtimus.

Biblia in duos diviſa Tomos in uno compacta ſunt volumine. In primo Tomo numerantur folia 242, in altero 239, in ſumma: 481.

Liber Geneſis incipit (librorum prologis hìc & per decurſum non computatis) fol. 4. pag. 1.

Exodus - -	fol. 22.	p. 2.
Leviticus - - -	37.	p. 2.
Numeri - - -	48.	p. 1.
Deuteronomium - -	63.	p. 1.
Joſue - - - -	76.	p. 2.
Judicum - - - -	86.	p. 1.
Ruth - - - -	95.	p. 2.
I. Regum - - -	97.	p. 2.
II. Reg. - - -	111.	p. 1.
III. Reg. - - -	121.	p. 2.
IV. Reg. - - -	134.	p. 1.
I. Paralipomenon - -	146.	p. 1.
II. Paralipom. - - -	156.	p. 2.
Oratio Manaſſis - - -	170.	p. 1.

I. Esdræ

I. Esdræ - -	fol. 170,	p. 2.
II. Esdræ - - -	174.	p. 1.
III. Esdræ - - -	279.	p. 2.
IV. Esdræ - - -	185.	p. 2.
Tobiæ - - -	195.	p. 2.
Judith - - -	199.	p. 2.
Eſther - - -	204.	p. 2.
Job - - - -	210.	p. 1.
Pſalterium - - -	219.	p. 2.

Tomus Secundus.

	fol.	pag.
Liber Proverbiorum - -	243.	1.
Eccleſiaſtes - - -	251.	2.
Canticum Canticorum - -	254.	1.
Sapientiæ - - - -	255	2.
Eccleſiaſticus - - -	261	2.
Oratio Salomonis - - -	277	1.
Iſaias - - - -	ibid.	-
Jeremias - - - -	295	2.
Ejusd. Lamentationes - -	316	2.
Baruch - - - -	318	2.
Ezechiel - - - -	321	1.
Daniel - - - -	341	1.
Oſee - - - -	349	1.
Johel - - - -	351	2.
Amos - - - -	352	2.
Abdias - - - -	354	2.
Jonas - - - -	355	1.
Micheas - - - -	ibid.	2.
Nahum - - - -	357	1.

	fol.	pag.
Habacuc - - - -	ibid.	2.
Sophonias - - - -	358	2.
Aggæus - - - -	359	2.
Zacharias - - - -	360	1.
Malachias - - - -	363	1.
I. Machabæor - - -	364	1.
II. Machabæor - - -	376	1.
Matthæus - - - -	385	2.
Marcus - - - -	397	2.
Lucas - - - -	405	2.
Johannes - - - -	418	2.
Ep. Pauli ad Rom. - -	429	1.
I. ad Corinth. - - -	434	1.
II. ad Corinth. - - -	438	2.
ad Galatas - - - -	442	1.
ad Ephes - - - -	443	2.
ad Philippens - - -	445	1.
ad Colossens - - -	446	2.
I. ad Thessalonicens - -	447	2.
II. ad Thessalonicens - -	448	2.
I. ad Timotheum - - -	449	1.
II. ad Timoth. - - -	450	2.
ad Titum - - - -	451	2.
ad Philemonem - - -	452	1.
ad Hebræos - - -	452	2.
Acta Apostol. - - -	456	1.
Ep. Can. Jacobi - - -	469	1.
I. Petri - - - -	470	2.
II. Petri - - - -	472	1.

		fol.	pag.
I. Johannis	- - -	473	1.
II. Johannis	- - -	474	1.
III. Johannis	- - -	474	2.
Judæ	- - - -	ibid.	-
Apocalypſis	- - - -	475	1.

Quælibet pagina in duas diviſa columnas numerat lineas 48. ſi idem recurrat typus. Apud Oſee numerantur lineæ 47.

Libri 1. pag. ult. columna 2. cum rubrica & finali (explicit pſalterium Anno M (Scuta) CCCCLXII.) habet lineas 43.

Libri 2. pag. ult. columna 2. cum finali habet lineas 27.

Lineæ initiales Tomi utriusque rubræ ſunt. Tomus I. ſic incipit: *Incipit Epiſtola ſancti Jheronimi ad Paulinum presbiterum: de omnibus divine hiſtorie libris. Caput primum.*

Tomus II. Incipit: *Epiſtola ſancti Jeronimi presbiteri ad Chromatium & eliodorum epiſcopos de libris Salomonis.* Abbreviaturas omiſimus.

Litteræ initiales diverſos colores referunt & ſubin auro exornantur.

Notat Auguſtinus Calmet in Dictionario Biblico Tom. I. p. 16. Quod Pariſiis ſuperſint novem hujus editionis de an. 1462. exemplaria in folio membranaceo & D. Achilles de Harley Præſes Senatus Pariſienſis unum ſervet chartaceum.

Quò hæc devenerint exemplaria & utrum inter ſe conveniant aut in quo differant? inquirendum curioſo relinquimus Bibliophilo.



Scutum à dextris Johannis Fauſt führt zwey ins Schräg-Creutz gelegte Angeln. Scutum à ſiniſtris Peter Schoiffers zeigt einen unten an den Schenckeln an den Seiten ausgeſpitzten Sparren begleitet mit 3. ſechsſpitzigen Sternen oben 2. unten 1. Hæc inſignia in multis reperiuntur libris etiam in aliquibus à Joē Schœffer impreſſis.

1462.

Biblia Germanica.

Editio Moguntina, quam, ut ſub calcem voluminis notatur, *Johann Fuſt*, Moguntinus civis an. 1462. effecit.

Vogt in Catalogo libr. rariorum pag. 97. hæc notat: Eſt iſta editio omnium Germanice impreſſorum, Bibliorum citra controverſiam prima & antiquiſſima, tantæque raritatis, ut nullum ſciam, qui hujus editionis meminerit, præter unicum doctiſſ. Jo. Alb. Bengelium, qui *in apparatu critico ad novum Teſtam. Græcum* pag. 758. ſcribit, illam extare in Bibliotheca illuſtris Conſiſtorii Wirtembergici & p. 641. notat, habere hanc editionem ad Acta Apoſt. cap. ult. ỳ. ult. hoc additamentum: *Wann dier iſt Jheſus Criſtus der Sun Gotz, durch den alle die Welt anfecht zu werden geurteylt*: quod tamen additamentum in aliis etiam antiquiſſimis editionibus reperitur.

De hâc editione Bibliorum Schöpfflin l. c. pag. 34. His (Bibliis latinis de an. 1462.) Bengelius in apparatu critico novi Teſtamenti Græci

à ſe

à ſe editi pag. 641. 758. 783. & 838. Biblia quoque Germanica à Fauſto & Schoeffero eodem anno edita accenſet. At notitia duplex, in fine non impreſſa, ſed manu exarata, antiquiſſimo cuidam Bibliorum Germanicorum exemplo à falſario addita eſt. Una ex inſcriptionibus finalibus ſimilis eſt illi, quæ Bibliis annexa latinis, ſed forma litterarum diſſimilis, nec ſculpta, ſed ſcripta. Altera ſtylo quoque diverſo comparet.

In una Petrus Schoefferus appellatur *clericus*, in altera *puer*. Schwarzius in primariis documentis de orig. Typograph. part. II. p. 15. errat, quod brevem modò inſcriptionem Bibliis his additam ſcribit: *Johan Fuſt Moguntinus civis A. MCCCCLXII. effecit.* Pro una duplex addita eſt, ſed manu exarata. Uno eodemque tempore, pergit Schöpfflinus, Fauſtus cur duo diverſi idiomatis Biblia edidiſſet? Cur latinis modo, non etiam germanicis formulam conſuetam, typis impreſſam, adjecturus fuiſſet? Cur in ſola Wirtenbergenſis Conſiſtorii Bibliotheca tale exemplar occurrit?

Meermann l. c. p. 286. memorat: Exemplo, quod Stutgardiæ in Bibliotheca Conſiſtorii Wirtenbergici adſervatur, manu addita ad calcem ſubſcriptio eſt rubro colore, quæ teſtatur, hanc editionem prodiiſſe Moguntiæ typis Fauſti ac Schoefferi 1462. eamque proximo folio alia excipit, id confirmans. confer. Widekind Verzeichnis von raren Büchern Tom. III. p. 443. ſeq. Verùm utriusque ectypus accuratè delineatus & ab Ill. Schöpfflino mihi miſſus, docuit me, hanc non ipſius eſſe minicu-latoris manum, at recentiorem, auctore ſine dubio, falſario, qui veterem ſcripturam imitari ſtuduit, aſt non potuit.

M. Johannes Naſt in notitiis hiſtorico-criticis von den ſechs erſten teutſchen Bibel-Ausgaben Stutgardiæ an. 1767. 8. editis pag. 38 ſq. authenticitatem Bibliorum Germanicorum an. 1462. Moguntiæ per Fauſtum & Schoefferum impreſſorum tueri ac defendere conatur. Deſcribit ibi hanc editionem, quod titulo, regiſtro, cuſtodibus, ſignaturà, numeriſque foliorum & paginarum careat, impreſſa folia 403 numeret & quod-

, libet

libet folium quatuor columnas & unaquæque columna ſexaginta lineas habeat. Addit ibidem p. 40, quod Biblia an. 1466. Argentorati per Mentelium impreſſa ſint copiata ab illis originalibus Moguntinis &c. ſed cum Biblia Stutgardiæ aſſervata finale impreſſum, Naſtio haud diffitente, non exhibeant, ut Biblia latina hoc anno Moguntiæ edita, quin potiùs finale adſcriptum, idque valdè ſuſpectum, ſi tenorem & modum ſubſcriptionis penitiùs examines, hinc Biblia hæc editionibus librorum incerti anni, incertique impreſſoris adnumeramus.

Dieterici Churfürſten zu Maintz Schrift wider Graf Adolf von Naſſau.

De hoc impreſſo vid. l'hiſtoire l'origine & des premiers progres de l'imprimerie par Proſper Marchand & Acta Eruditorum Lipſienſia 1739. pag. 586. ubi refertur: Exiguæ molis libellus à Jo. Fauſt & Petro Schoiffero excuſus; tantæ autem raritatis, ut ejus vix usquam hodie veſtigium apparet. *

Chriſtophorus Lehmann in Chronico Spirenſi pag. 937. hæc tradit: Churfürſt Diether zu Maintz ſchreibet (Dienſtag nach Lætare 1462) an einen Rath der Statt Speyer, in ſeiner gerechten Sache wider Graf Adolff von Naſſaw, umb beyſtand; überſchickt daneben eine öffentliche vom erſten Trucker zu Mayntz getruckte Schrift, darin vermeldet, daſs er darumb vom Bapſt in bann erkläret, weil er des Teutſchen Reichs Freyheit dem Bäpſtlichen Hof zu unterwerfen verweigert; was der Bäpſtlichen

* MS. de diſſidio inter Dietherum Iſenburgicum & Adolphum de libello hoc à Gutenbergio, non autem à Fauſto & Schœffero impreſſo memorat his verbis: Herr Diether von Iſenburg lies auch einen offenen brieff hin und wider anſchlagen, darin er ſich hoch beſchweret einer abſetzung halber, welcher als unrechtmäſig beklagt, erbitt ſich rechtens und einer appellation; und ſeynd viele exemplar gedruckt worden vom erſten buchdrucker zu Meintz Joh. Guttenberg, des inhalts wie folgt. (vid. Lünig part. Spec. Contin. I. Fort. III. pag. 6.) *finis*: Geben zu Höchſt unter unſern uffgedruckten inſiegel am Dienſtag nach dem Sontag Lœtare anno Domini 1462.

lichen bannen und ledigzehlung der Lehen leut und underthanen pflicht und eyd im Reich vor böse frucht jederzeit erwecket &c. &c.

Grammatica

Alexandri Dolensis sive de Villa Dei. *

MCCCCLXIII.

* Oudini differtat. apud Wolffium monum. typogr. p. 875. hæc refert: Favet quoque Moguntinensibus & contra Harlemenses exstat Angelus Roccha in Bibliotheca Vaticana, dum tradit Aldum juniorem monstrasse sibi Donatum quendam primò ferè impressum, in cujus prima pagina Mariangelus Accursius sequentia scripsit: Joannes Fust civis Moguntinus, avus maternus Joannis Schoiffer primus excogitavit imprimendi artem typis æreis, quos deinde plumbeos invenit, multaque ad poliendam artem addidit ejus filius Petrus Schoiffer. Impressus est autem hic Donatus & Confessionale primo omnium anno 1450. Admonitus certe fuit ex Donato Hollandiæ prius impresso in tabula incisa. Idem habet Cornelius à Beughem in incunabulis Typographiæ, in appendice anonymorum Scriptorum sive Auctorum innominatorum & sibi non cognitorum, verbo: *Donatus* p. 156. Verùm sive Donatus ille seu Grammatica Alexandri Dolensis vel de Villa Dei a. 1442. impressa sit ut scribit Adrianus junius sive an. 1450. ut habent Angelus Roccha & Cornelius à Beughem loc. cit. hoc quoque contra Harlemenses facit, cum omnes fateantur, illam esse Moguntiæ impressam, ideoque apud Joannem Faustum Typographiæ primum inventorem. Longè autem probabilius est, nullam aliam hujus Grammatices Alexandri de Villa Dei impressionem Moguntiæ factam esse, quam anno 1462. ut tradit Cornel. à Beughem cit. verbo, Alexander Dolensis p. 9. hoc modo: Alexander Dolensis seu ut alii de Villa Dei, Grammaticus floruit A. C. 1240, cujus Doctrinale Grammatices metrice sed carmine leonino cum explicatione Ludovici de Guaschis prodiit litteris Gothicis Venetiæ 1483. Idem Doctrinale cum Petri Hispani tractatibus excusum est Moguntiæ 1462. & sub titulo Grammaticæ Latinæ 1486. in fol. & nisi fallor, Norimbergæ anno 1492. hæc Oudinus.

Hæc asserta editio de an. 1462. arenosum habet fundamentum, scilicet Cornelii Bibliopegi mendax testimonium, cui innititur Hadriani junii in Batavia relatio. Hæc editio nunquam visa fuit; neque ponderis quidquam habent ea quæ Meermannus recitat l. c. p. 93. sq. & part. 2. p. 92.

Cumque Oudinus Faustum Typographiæ primum inventorem nominet, à vero aberrat; nam Gutenbergio prima adscribenda est inventio, ut supra monstravimus.

MCCCCLXIII.

Occultabatur Ars Typographica ejusdemque regularis tractatio perquàm sollicitè. Sic nempè in Joannis Trithemii Historiæ Francorum Breviarii subscriptione an. 1516. Joannes Scheffer Petri filius Impressor Moguntinus: = Retinuerunt autem hi duo (Faustus & Schoifferus) hanc artem in secreto (omnibus ministris ac familiaribus eorum, ne illam quoquomodo manifestarent, jurejurando adstrictis). Quæ tandem de anno Domini MCCCCLXII. per eosdem familiares in diversas terrarum provincias divulgata haut parvum sumsit incrementum =.

Officinæ Fausto-Schoefferianæ nuper coadjutores Conradus Sweinheim, Arnoldus Pannartz & Udalricus Hahn ex Ingolstadt (latinè Gallus) civis Viennensis Austriæ artem exercuêre in Italia & duo primi quidem in monasterio Sublacensi, dein in Urbe ipsa, ubi quoque Hahnius impressit circa initium 1465. Ludovicus Anton. Muratori Tom. III. part. 2. Scriptor. Rer. Ital. p. 1046. refert Gasparem Veronensem lib. IV. de gestis tempore Pauli II. ubi: Hac tempestate ad sanctissimam Romam quidam juvenes accesserunt, & ii quidem Teutonici, qui Lactantium Firmianum de hominis opificio, de Dei ira nec non contra Gentiles mense uno formaverunt & ducentos ejusmodi libros quoque mense efficiebant. Quorum artificium narratu perdifficile foret, sed plurimi omne ipsum cognoverunt; quæ fuit magni ingenii inventio &c. Joannes Andreas Aleriensis Episcopus in Dedicat. volum. 1. operum Hieronymi editorum Romæ 1468. Paulo II PP. inscripta, Nicolaum de Cusa Cardinalem peroptâsse tradit, ut hæc sancta ars, quæ oriri tunc videbatur in Germania, Romam deduceretur; vota autem ejusdem (die XI. Augusti 1464. defuncti sub Pontificatu Pauli II. qui pridie Kal. Sept. hujusce anni coepit) impleta esse: nominat deinde ipsos artis advectores Conradum Sweynheim & Arnoldum Pannartz. vid. Ciaconius de vit. Rom. Pontif. Tom. II. col. 975. & 1072. Idem Andreas in Dedicatione quintæ partis

Biblio-

Bibliorum cum gloſſis Nicolai de Lyra edit. Romæ 1472 inſcripta Sixto IV. Pontifici & data 20 Martii illius anni, Conradum Sweynheim & Arnoldum Pannartz vocat utiliſſimæ hujus impreſſoriæ artis primos in Italia opifices. Hi ipſi typographi in ſupplice libello Sixto IV. eodem tempore porrecto ac paulò ante laudatæ Epiſcopi Alerienſis dedicationi ſubjecto ſcribunt: Nos de Germanis primi tanti commodi artem in Romanam Curiam tuam multo ſudore & impenſa, Deceſſoris tui tempeſtate, deveximus. Nos opifices librarios ceteros, ut idem auderent, exemplo noſtro invitavimus. Nos, reliquis propter impenſarum magnitudinem a tanto negotio vel omnino vel maxima ex parte quaſi in ſalebra hærentibus, recentiore animo viribusque geminatis cum ſumma difficultate reſtitimus. Jam tandem defecti nervis & ſanguine, divinam opem tuam imploramus. Indicem ſi perlegeris impreſſorum à nobis operum, miraberis. . . vel chartas huic librorum copiæ potuiſſe vel linamenta ſufficere. vid. Wolffii monum. Typogr. Tom. I. p. 859. Hi duo ſodales Romæ Ciceronis epiſtolas ad familiares an. 1467. impreſſère cum hac epigraphe:

Hoc Conradus opus Sweinheim ordine miro,
Arnoldus piè ſimul Pannartz, una æde colendi,
Gente Theotonica Romæ expediêre ſodales.
In domo Petri de Maximo.
MCCCCLXVII.

De Ulrico Hahn, qui ſubinde nominatur latinè Gallus, aliqui crediderunt, quod fuerit natione Gallus; ſed egregiè fallebantur, cum Ingolſtadium habuerit Patriam, Viennam Auſtriæ civitatem, id quod de ſe ipſo teſtatus eſt Gallus in librorum quorundam ſubſcriptionibus, quas affert Maittaire Annal. Typogr. Tom. I. p. 350. Joh. Ant. Campani carmen cecinit in laudem Ulrici Galli, quod in variis libris ſine anni & loci indicatione impreſſis legitur:

Anſer

Anser Tarpeji custos Jovis, unde, quod alis
Constreperes, Gallus decidit. Ultor adest
Uldricus Gallus, ne quem poscantur in usum,
edocuit, pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.
Ingenio, haud noceas, omnia vincit homo.

Unius adhuc germani Typographiæ Romanæ operarii Joannis à Laudenbach hic meminisse juvat, cui die S. Stephani 1514. demortuo positum est Heidelbergæ epitaphium tale:

Hans von Laudebach ist mein nam,
die ersten bücher truckt ich zu Rom
bitt vor mein Seel, Gott gibt dir lohn.
Starb 1514. auff Sanct Steffan.

à Laudenbach ad strada montana hunc Johannem, non ad Moganum, fuisse ortum crediderim, ob loci, ubi positum est epitaphium, vicinaim. Hæc paulò latius adducere placuit ad suffulcienda ea, quæ ad annum 1461. retulimus.

De Typographià in Italiam invectâ confer. Marcus Antonius Coccius Sabellicus in historia universali. lib. VI. Ennead. X. infra ad an. MDIV. & Francisci Xaver. Laire Sequano-Burgundi in familia Minimorum S. T. Lectoris specimen historicum Typographiæ Romanæ XV. Sæculi. Romæ MDCCLXXVIII. 8.

MCCCCLXIV.

Quod libri nec isthoc, nec anno priori Moguntiæ impressi usque huc comparuerint, civitatis Moguntinæ desolationi an. 1462. illatæ adscribendum putem. Interim notitiam de Johanne Faust maximè gentinam hoc anno in libro parochiali ad S. Quintinum Moguntiæ annotatam huc ponimus: Ex Adolphi Archiepiscopi Maguntini ordinatione an. MCCCCLXIV. tres quot annis constituebantur ædiles, sive Magistri

Fa-

Fabricæ, qui curam agerent Ecclesiæ parochialis ad S. Quintinum, redditus ejusdem colligendo, diſtribuendo, ædificia Ecclesiæ ſarta tecta conſervando, ſuper receptis & expenſis computum faciendo &c. Hi tres ædiles è præſtantioribus parochiæ civibus duodecim ſibi ſeligebant aſſiſtentes conſiliarios ad dies vitæ permanſuros; hos inter primus numerabatur Joannes Fuſt. vid. adjunctum n. XVII. Inhabitabat is autem illam domum, in qua exercebatur ars Typographica, poſtea das Druckerhaus vernaculâ compellatam. vid. adj. n. XXVI. XXVII. XXVIII. Eſtque ea ipſa, in quâ ſacellum SS. Trium Regum adhuc ſupereſt.

MCCCCLXV.

Sextus Decretalium. fol.

Preſens hujus ſexti Decretalium praeclarum opus alma in urbe Maguntina inclytae nacionis Germanicae, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito caeteris terrarum nacionibus praeferre illuſtrareque dignatus eſt, non atramento *, plumali canna, neque aerea, ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Johannem Fuſt civem & Petrum Schoiffer de Gernsheym. Anno Domini M. CCCC. LXV. die vero XVII. menſis Decembris.

Sine Scutis.

Aliud ejusdem anni exemplar ſic ſubſcriptum:

Preſens hujus ſexti Decretalium preclarum opus. non atramento. plumali canna neque aerea. ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Johannem Fuſt civem Moguntinum & Petrum Schoif-

* Communi & nimium fluido, & glutinoſo magisque tenaci. confer. Schwartz l. c. part. III. p. 15.

fer de Gernſshemy. Anno Domini M. CCCC. ſexageſimo quinto die vero decima ſeptima menſis decembris.

Sine Scutis.

vid. Meermann l. c. parte alterâ pag. 95. Wolff. l. cit. part. I. p. 941. Schwartz primar. docum. orig. typograph. part. II. p. 16.

Cicero de Officiis 4. *Maj.*

Marci Tulii Ciceronis conſuliſque romani ac Oratorum maximi. ad M. Tulium Ciceronem filium ſuum. Officiorum liber incipit.

In fine:

Preſens Marci Tulii clariſſimum opus Johannes Fuſt Maguntinus civis. non atramento. plumali canna neque aerea. ſed arte quadam perpulcra. Petri manu pueri mei feliciter effeci. finitum. anno M. CCCC. LXV.

Codex membranaceus. *

Sine Scutis.

MCCCCLXVI.

Cicero de Officiis 4. *Maj.*

Idem liber, qui anno priori prodiit in charta & membrana cum ſubſcriptione:

Preſens Marci Tulii clariſſimum opus. Johannes Fuſt Moguntinus civis. non atramento. plumali canna neque aerea. ſed arte quadam perpulcra. manu Petri de Gernshem pueri mei feliciter effeci. finitum. Anno M. CCCC. LXVI. quarta die menſis Februarii.

Schöpfflin vindiciæ p. 66. Wolff. part. I. p. 176.

Grammatica vetus rhytmica undecim duntaxat pagellis conſtans. fol.

Hoc ſummæ raritatis cimelium ex more librorum antiquiſſimorum nullum præ ſe fert titulum, literas capitales nullas niſi minio adpictas habet, neque numeris & ſignaturis diſtinctas paginas, nullos cuſtodes, nulla-

* Rariora occurrunt exemplaria in papyro. vid. Schöpfflin l. c. pag. 66. Wolff Tom. I. p. 284.

nullaque commata, ſed puncta ſolum; litteraque i virgula plerumque notatur. Annum locúmque impreſſionis verſus indicant ad calcem poſiti:

Actis ter deni jubilaminis octo bis annis.
Moguncia reni me condit & imprimit amnis.
Hinc nazareni ſonet oda per ora Johannis.
namque ſereni luminis eſt ſcaturigo perennis.

Jubilamen hic L. annorum ſpatium denotat. (Du Fresne voce Jubilæus) itaque Jubilamina viginti novem completa annos faciunt 1450; quibus ſi anni Jubilaminis trigeſimi currentis bis octo (16) addantur, annus habetur impreſſionis 1466.

Altero verſu locus quoque Typographicus, Moguncia Rheni (ad Rhenum ſita) innoteſcit.

Comperimus denique impreſſoris nomen ex tertio verſu, ubi ponitur: per ora Johannis, ſcilicet Fuſt, qui cum Joanne Guttenbergio artis typographicæ inventor extitit.

Aſſervatur hic liber in Bibliotheca Collegiatæ S. Bartholomæi Francofurti, quam ſolertiſſimus ejusdem Canonicus D. Joannes Georgius Batton labore & induſtriâ egregiè inſtruxit, quique hanc verſuum interpretationem ſubminiſtravit.

Joannes Fuſt in Julio menſe hujus anni Lutetiæ Pariſiorum commoratus eſt. Schöpflin l. c. p. 61. ait: Viſum eſt mihi in publica Genevenſium bibliotheca Officiorum Ciceronis an. 1466. impreſſum exemplar, in cujus fine hæc verba manu adlita leguntur: = Hic liber pertinet michi Ludovico de la Vernade Militi, Cancellario Domini mei Ducis Borbonii & Alvernie, ac Præſidenti Parlamenti lingue Occitanie, quem dedit michi Jo Fuſt ſupradictus Pariſiis in menſe Julii, anno Domini MCCCCLXVI. me tunc exiſtente Pariſiis pro generali reformatione totius Francorum Regni.

Eodem

Eodem anno 1466. peſtis afflixit Lutetiam, quâ menſe Auguſto & & Septembri 40. millia hominum perierunt. Lues hæc Fauſtum abſtuliſſe videtur. Poſt hæc enim ſolus ubique Schoefferus in libris Moguntiæ impreſſis, occurrit. vid. annus MCCCCLXVII. quo inter mortuos jam numerabatur.

S. Auguſtini

De veræ vitæ cognitione libellus.

In 4. chart.

Incipit his verſibus.

Auguſtini pater aquilino more Johannis
ingenii velis petis alta recondita celis
inde venis lucens, lucem cunctisque revelans
quam dum continuo patulam facis eſſe libello,
non capit hanc totam ſimul omnia mens relegendo,
eſt opus ergo pium membris diſtinguere totum
luceat ut facile pia mens quodcunque requirit
Hinc memor eſto tui memoris precor alme precor te
tecum luce frui mihi det lux optima per te.

Amen.

Sequitur index operis. in fine autem:

Auguſtini de vere vite cognicione libellus explicit. Sine loco, ſine anno.

Cum Scutis.

Libellus iſte typis eisdem, queis Durandi Rationale & Ciceronis officia fuêre impreſſa, prodiit. Reponere illum huc maluimus, quàm planè incertis annumerare.

Boccatius de Certaldo. Fabula de Sigismundæ filiæ Tancredi &c. amore. Sine anno & loco.

Inſignia. ad S. Barthol. in 8.

§. III.

§. III.

Libri ab an. MCCCCLXVII — MDII. á Petro Schoiffer impreſſi, additis quibusdam in Rhingaviâ excuſis & nonnullis aliis Typographis.

MCCCCLXVII.

B. Thomas.

Sic deſinit:

Hoc opus preclarum ſecunda ſecunde B. Thome de Aquino alma in urbe Moguntina inclite nacionis Germanice, quam Dei clemencia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignatus eſt, artificioſa quadam adinvencione imprimendi ſeu caracterizandi absque ulla calami exaracione ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum. Per Petrum Schoifther de Gernsheim * anno Dni M CCCC LXVII. die VI. menſis Marcii.

Codex membranaceus formæ maximæ.

Sine Scutis.

In Bibl. Metropol.

Conſtitutiones Clementis Papæ V.

Una cum apparatu D. Joann. Andree.

Fol. max. in membr.

In fine:

Preſens Clementis quinti opus Conſtitucionum clariſſimum. alma in urbe Maguntina. inclite nacionis Germanice. quam Dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre. illuſtrareque dignatus eſt. artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu cara-

* Joannes Fuſt in hac ſubſcriptione non amplius apparet; hoc anno enim, cum inter mortuos jam numeraretur, in illius locum juratus Eccleſiæ S. Quintini succeſſit Adam von Hochheim. vid. Document. n. XVII.

caracterizandi absque ulla calami exaracione ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum per Petrum Schoiffher de Gernſhem. Anno Dominice incarnacionis M. CCCC. LXVII. octava die menſis Octobris.

Sine Scutis.

In Bibl. Metropol.

MCCCCLXVIII.

Inſtitutiones Juſtiniani.

Ad finem.

Preſens Inſtitutionum preclarum opus alma in urbe Maguntina inclite nacionis Germanice. quam Dei clementia tam alti ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre. illuſtrareque dignatus eſt. non atramento communi. non plumali canna. neque erea. ſed artificioſa quadam adinvencione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei. induſtrie eſt conſummatum per Petrum Schoyffer de Gernſheym anno Dominice incarnationis. Milleſimo CCCC. LXVIII. viceſima quarta die menſis Maji.

Tandem hæc ſequuntur diſticha.

Scema tabernaculi Moiſes Salomon quoque templi
haut preter ingenuos perficiunt dedalos.
ſic Deus eccleſie majus major Salomone
jam renovans. renovat Beſelehel & hyram
hos dedit eximios ſculpendi in arte magiſtros
cui placet en mactos arte ſagire viros
quos genuit ambos urbs Maguntina Johannes
librorum inſignes protho caragmaticos (primos Typographos).
cum quibus optatum Petrus venit ad poliandrum
curſu poſterior introeundo prior.

quippe

quippe quibus preſtat ſculpendi lege ſagitus
a ſolo dante lumen & ingenium
Natio queque ſuum poterit reperire caragma
ſecum. nempe ſtilo preminet omnigeno.
Credere difficile eſt. Doctores quam precioſa
pendat mercede ſcripta recorrigere
Orthoſintheticum cujus ſintagma per orbem
fnlget Franciſcum preſto magiſtrum habet
me quoque devinxit illi non vile tragema
publica ſed comoda. & terrigenum columen
ſic utinam exſcobere falſam moliantur ydeam
qui ſyntagma regunt & protho caragma legunt.
Aureola indubie premiaret eos logothece
quippe libris cathedras mille ſuberudiunt.

Cum Scutis.

In Bibl. S. Barthol. Francofurti.

Pro verſuum ante dictorum utut rudium elucidatione inſervient annotationes ſequentes:

Scema (1) tabernaculi Moiſes (2) Salomon (3) quoque templi
haud preter ingenuos perficiunt Dedalos, *
Sic decus Eccleſie majus major (4) Salomone
jam renovans. renovat Beſelehel (5) & Hyram. (6)

Bina hæc diſticha talem continent ſenſum: Quemadmodum in Teſtamento veteri Moyſes præſcriptam à Deo formam & ſtructuram Tabernaculi

* Dædalum artificem ingenioſiſſimum ajunt Poëtæ incluſum labyrintho, propter liberatum Theſeum; cum judicium capitis expaveſceret, alas ſibi confinxiſſe, eoque remigio periculum evaſiſſe. Virgil. lib. 6. Æneid.

Dædalus, ut fama eſt, fugiens Minoia regna,
præpetibus pennis auſus ſe credere cælo,
inſuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.

naculi & Salomon celeberrimum Templi ædificium perfecerunt adhibitis artificibus planè eximiis, Beselehel nempè & Hyram; sic in Lege novâ Gratiæ Christus Servator noster plus quàm Salomon Ecclesiam suam novo decore renovans novos excitat Beselehelem & Hyram artifices præclarissimos.

(1) *Scema* Schema id est externa species, forma. Sic Dudo de moribus Normann. p. 60. *Ecclesiarum mirificarum culmina fulgent, quas pater olim Scemate pulchro ædificavit.* Charta apud Lobinell. Tom. 2. Hist. Britann. Col. 171. *Ipsa competenti volo reparetur Scemate, ipsa decenti tractetur honore &c.* Hic in tabernaculo construendo delineatur longitudo &c. lege Exodi cap. XXVI. à versu primo.

(2) Locutus est Dominus ad Moysen Exod. c. XXV. ℣. 8. Facientque mihi sanctuarium & habitabo in medio eorum; juxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostendam tibi, capite mox sequente forma & constructio tabernaculi, veli, arcæ, propitiatorii, mensæ, candelabri & tentorii juxta suas quæque mensuras describitur.

(3) Delineatio Domûs, quam ædificabat Rex Salomon Domino, exactè refertur III. Reg. VI. & II. Paralip. III. &c.

(4) Christus, Deus-homo, Rex & legifer noster, Sapientia infinita, cui finita Salomonis Sapientia cedit infinities.

(5) Exod. XXXI. ℣. 2. seq. Ecce vocavi ex nomine Beseleel, filium Uri filii Hur de tribu Juda, & implevi eum Spiritu Dei, Sapientia & intelligentia & scientia in omni opere, ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro & argento & ære, marmore & gemmis & diversitate lignorum, dedique ei socium . . . ut faciant . . tabernaculum fœderis & arcam testimonii &c.

(6) II. Paralip. II. 13. Misi ergo Tibi (Hiram Salomoni) virum prudentem & scientissimum Hiram, patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius, qui novit operari in auro & argento, ære & ferro & marmore & lignis, in purpurâ quoque & hyacintho & bysso & coccino & qui scit cælare omnem sculpturam & adinvenire prudenter quodcunque in opere necessarium est.

Hos

Hos (7) dedit eximios sculpendi (8) in arte magistros,
Cui placet en mactos (9) arte sagire (10) viros.

(7) Hos legi novæ ex immenso cœli beneficio reservatos viros Deus excitavit.

(8) Typographia sua sumpsit initia à typorum sculpturâ mobilium. Bergellanus de Joanne Gutenberg l. cit. canit:

Necque erat ulla dies Eoas vecta sub auras,
quâ non sit vigili littera sculpta manu.
Atque notas vocum finxit de duro Orichalco,
nobile Phœnicium quas dedit ingenium
Ex levi ligno sculpunt hi Grammata prima,
quæ poterat variis quisque referre modis
Illis succurrit Petrus cognomine Schæffer,
quo vix cælando promptior alter erat.
Ille sagax animi præclara toreumata finxit,
quæ sanxit matris nomine posteritas.
Et primus vocum fundebat in ære figuras,
innumeris cogi quæ potuêre modis.

(9) Mactos, id est magis auctos, ita Festus. Magis auctus gloria apud Isidorum, Mactare pro augere sæpiùs apud Plautum.

(10) Sagire, idem ac saginare; ultra omnimodam replere satietatem.

Quos genuit ambos urbs Moguntina Joannes (11)
librorum insignes protho caragmaticos. (12)
Cum quibus optatum Petrus (13) venit ad poliandrum (14)
Cursu posterior introeundo prior. (15)

(11) Joannes Gutenberg illustri apud Moguntinenses familiâ prognatus & Joannes Fust (Faust) civis Moguntinus.

(12) Primi typographi sive ut carminis hujus innuit titulus: Primi Artis Typographicæ Magistri dicuntur hic protho caragmatici à caragma quod characterem significat. Martene Tom. V. Anecdotor. col. 645. A. Nummus aut in caragmate aut in materie. Nummus in caragmate est nummus charactere signatus.

(13) Pe-

(13) Petrus Schoiffer de Gernsheim ad Rhenum infra Wormatiam Oppido Diœcesis & Territorii Moguntinensis.

(14) Poliandrion significat sepulchrum, quod ex nota sequente magìs patet.

(15) Joann. XX. ℣. 1. sq. Una autem Sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum, quem amabat Jesus & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus & venerunt ad monumentum currebant autem duo simul & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro & venit primus ad monumentum, & cum se inclinasset, vidit posita linteamina &c. &c. Tunc introivit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, &c. carmen ex his versibus redditur clarum. Joannes Gutenberg à Joanne Fust opibus & consiliis adjutus primus invenit artem, queis dein accessit Petrus Schæffer ulteriora artis inveniendo subsidia. Bergellanus de eisdem loc. cit.

Imparibus numeris cœlestia numina gaudent,
 hoc opus exegit sic quoque sancta Trias.
Illo primus erat tunc Gutenbergus in albo,
 alter erat Faustus, tertius Opilio.
Hic quoque tres aderant charites, Jovis inclita proles,
 laude celebrantes mentis & artis opus.
Hinc inter sese magnis hi viribus instant,
 atque opus exercent nocte dieque novum &c.

Petrus igitur licet posterior ad artem hanc tractandam pervenerit, adyta tamen artis ita penetravit, ut eandem magìs expoliverit maximè in sculpendis fundendisque typis dexterrimus.

Quippe quibus præstat sculpendi lege sagitus (16)
 à solo dante lumen & ingenium.
Natio queque suum poterit reperire caragma (17)
 secum. nempe stilo preminet omnigeno.

(16) Saginatus, Sapientiâ repletus, sapiens redditus à primâ Sapientiâ.

(17) Omnes

(17) Omnes nationes divinam hanc inventionem imitantes libros cujuscunque linguæ characteribus efformatis exprimere poterunt non tantum Latinâ, ſed & Germanicâ, Græcâ, Hebraicâ &c.

Credere difficile eſt doctores quam precioſa
pendat mercede ſcripta recorrigere. (18)
Ortho ſintheticum cujus ſintagma per orbem
fulget Franciſcum preſto magiſtrum habet. (19)
Me quoque conjunxit illi non vile tragema
publica ſed commoda & terrigenum columen. (20)

(18) Vix aliquis credere poterit, quanti exigantur ſumptus, expenſæque fiant, ut MS. codices relegantur, corrigantur, deſcribantur & pro impreſſore adaptentur.

(19) Pro recognoſcendis emendandisque codicibus MSS. hìc preſto eſt & adhibetur Magiſter Franciſcus, cujus ſintagma probæ compoſitionis in publico clareſcit.

(20) Adjunctus ego Franciſco ſum corrector hujus libri non ultimo loco ponendus, cùm labores ſuſcipiam pro commoditate publica, pro incolumitate, ſalute atque emolumento mortalium.

O utinam exſcobere falſis moliantur ideam
qui ſintagma regunt & protho caragma legunt. (21)
Aureola indubie premiaret eos logothece
quippe libris cathedras mille ſuberudiunt. (22)

(21) Dummodò ii omnes, qui Officinæ præſunt & ii qui primam libri compoſitionem perlegunt, menda in illis ſæpiùs occurrentia nitantur corrigere ac penitus expurgare!

(22) Hos ſedulos correctores juſtitia Divina, Verbum æternum coronabit, cum haud parùm conferant ad eruditionem multorum. Daniel. XII. ℣. 3. Qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ fulgebunt in perpetuas æternitates.

S. Chry-

S. Chryfoftomi Homiliæ in Mathæum latinè Georgio Trapezuntio interprete. Moguntiæ per Johannem Fuft an. 1468. * fol.
Bure.

Regulæ Grammatices verfibus latinis expofitæ cum Concordantiis ex Prifciano defumptis. Moguntiæ anno Domini. 1468.
Bure.

Demortui Joannis Gutenbergii apparatus typographicus ad Conradum Humery (Humbracht) Syndicum Moguntinum devolutus eft. teftantur id fequentes litteræ: Ich Conrad Homery, Doctor bekenne mit diefem brief, fo als der hochwürdige Fürft, myn gnediger lieber her, her Adolff Ertzbifchoff zu Menze mir etliche formen, buchftaben, inftrument, gezuge und anders zu dem truckwerck gehorende, das Johann Gudenberg nach finem tode gelaifen hat, und myn gewest ift und noch ift, gnediglich folgen laifsen hat; das ich dargegen fynen Gnaden zu eren und zu gefallen mich verpflichtiget han und verpflichtigen mit diefem brieff, alfo, wer es, das ich foliche formen und gezuge zu trucken gebruchen werde, nu oder hernach, das ich das thun will und fall bynnen der ftadt Menze, und nyrgent anderswoe: desglichen ob ich fie verkeuffen und mir eyn burger davor fo viel geben wolte, als eyn fremder, fo will und fall ich das dem ingefeffenen burger zu Menz vor allen fremden gonnen und folgen laifsen. Und han des alles zu urkunde myn Secret zu ende diefer fchrifft getruckt, der geben ift des Jars, als man fchrieyb nach der geburt Chrifti unfers hern M CCCC undLXVIII Jar, uff frytag nach fant Mathys tag. Joann. T. 3. p. 424.

Ut rem propriam vindicaret Humbrachtus (Conrad Humery) diu certè cunctatus non eft; fed mox à morte Gutenbergii eandem reclamavit & obtinuit à Bechtermüntzio paulo poft acquifitam.

Haud

* Error in anno eft, nam Johannes Fuft jam anno priore inter vivos non ampliùs comparuit.

Haud incongruè hinc concludimus, Gutenbergium hoc anno ante diem vigesimam quintam Februarii diem clausisse supremum.

In Memoria Marsilii ab Inghen Heidelbergæ an. 1499. impressa hoc memoratur Gutenbergio in Ecclesia Fratrum S. Francisci positum Epitaphium:

D. O. M. S.
JOANNI GENSZFLEISCH, ARTIS IMPRESSORIÆ REPERTORI, DE OMNI NATIONE ET LINGUA OPTIME MERITO IN NOMINIS SUI MEMORIAM IMMORTALEM ADAM GELTHUS * POSUIT.
OSSA EJUS IN ECCLESIA D. FRANCISCI MOGUNTINA FELICITER CUBANT.

Aliud monumentum Joanni Gutenberg in ædibus boni montis, undè nomen Joanni erat, collegiis juristarum destinatis erexit Ivo Wittigis ** triginta novem annis ab obitu Gutenbergii:

JO.

* De Adamo Gelthus I. Ernestus de Glauburg in Nieder-Erlenbach has Davidi Koëlero dedit notitias: Hierbey diene nur vor itzo noch aus der habenden Kundschafft von den alten adelichen Maynztischen geschlechtern, das der Adam Gelthus von dem Jungen Abend zu Mentz, welcher das monument Johann Gutenbergen oder Gänsfleisch hat setzen lassen, dessen anverwandter gewesen ist; ingleichen erinnere, das die Gelthausen von dem Jungen Abend, und die zum Jungen eines geschlechts aber differenter linien gewesen sind, wie sie aus den Humbrachtischen Stammtafeln der Rheinischen Ritterschaft tab. 46. wahrnehmen können. Es kommen auf derselben zween Adam Gelthaufs von dem Jungen Abend vor, der Vater, der an. 1457. zu Wannenberg und an. 1493. zu Eltvil im Rhingaw gegelebt und an. 1457 Greten von Fürstenberg geheyrathet hat; und dessen Sohn Licentiatus Juris und Altarist des St. Niclas altars zu St. Quintin an. 1499. Vermuthlich hat der Vater, welcher näher bey Gutenberg gelebt hat, ihme diese letzte ehre mit dem Epitaphio erwiesen. den 12. Febr. 1728.

** Ivo Wittich Decretorum Doctor ad D. Victoris & B. M. Virginis ad Gradus Canonicus an. 1491. à Bertholdo Archiep. Mog. in Consiliariorum Ministrorúmque Aulicorum cooptatus est numerum; officio quoque Sigilliferatus præfuit atque neo-institutæ Imperialis Cameræ primus ab Electore Moguntino præsentatus est Assessor. Ad vitam immortalem abiit die 4. Decembris 1507. sepulturæ locum

JO. GUTENBURGENSI MOGUNTINO
QUI PRIMUS OMNIUM LITTERAS ÆRE
IMPRIMENDAS INVENIT, HAC ARTE
DE ORBE TOTO BENE MERENTI
IVO WITIGISIS HOC SAXUM PRO MONIMENTO
POSUIT MDVII. *

MCCCCLXIX.

B. Thomas. fol.

Sic finitur:

Preclarum hoc opus Quatrifcripti S. Thome de Aquino alma in urbe Moguntina inclite nacionis Germanice, quam Dei clemencia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nacionibus preferre illuftrareque dignata eft, artificiofa quadam adinvencione imprimendi feu caracterizandi absque ulla calami exaracione fic effigiatum & ad eufebiam Dei induftrie eft confummatum. Per Petrum Schoiffer de Gernfshem anno Domini M CCCC LXIX. XIII. die Junii. Sit laus Deo.

Cum Scutis.

In Bibl. Metropol.

Vocabularium Latino-Teutonicum. 4.

Prefens hoc opufculum non ftili aut penne Suffragio fed nova artificiofaque invencione quadam ad eufebiam Dei induftrie per Nicolaum Bech-

naftus in Collegiatâ B. M. V. in facello S. Ægidii (ubi modò Baptifterium Moguntinum) fub hac epigraphe Lapidi fepulchrali in tabula ænea olim affixa:
IVO WITTICH, DOCTOR ORDINARIUS DECRETORUM
HIC JACET, UT VACET A PENIS INFERORUM.
QUEM HAMELBURG EDIDIT SOLVIT MOGUNTIA MEMBRIS.
OBIIT 1507. QUARTA DECEMBRIS. R. I. P.

* Patet ex hâc infcriptione jam loco remotâ, quòd Serarius lib 1. Rer. Mogunt. c. 38, ubi annum Ivonis Wittich emortualem ad 1508. refert, fit corrigendus. Neque monimentum Gutenbergio pofitum amplius apparet, ædibus fæpè dictis in alias & novas denuò immutatis.

Bechtermuntze in Eltvil eſt conſummatum ſub anno Domini MCCCC LXIX. ipſo die ſancti Bonifacii, qui fuit quinta die menſis Junii.

Hinc tibi ſancte (deeſt *pater*) nato cum flamine ſacro
Laus & honor Domino trino tribuatur & uno
(deeſt hic quoque tertius verſiculis)
Qui laudare piam ſemper non linque Mariam.

Meermann. part. altera. p. 96. ait: Hoc vocabularium nominatum eſt *Ex quo* (à verbis initialibus præfationis: *Ex quo* vocabularii varii autentici &c.) prout aſſeveravit mihi, cum an. 1759. Blenhemiæ in Sunderlandiana bibliotheca principem hanc & incognitam hucusque editionem mihi oſtenderet vir clar. Jacobus Bryant, idemque poſt inſtitutam denuo collationem exactam deinceps confirmavit in litteris d. 25 Octobr. 1762. ad me datis, transmiſſis quoque characteribus libri majuſculis ad archetypum delineatis, quæ cum litteris *Catholici* per alios deinde collatæ eosdem typos illico teſtatæ ſunt: addidit porrò Bryantius, hoc vocabularium, quod forma quarta & lineis 35. in ſingulis paginis excuſum eſt, ac multa continet, è Jo. Januenſi excerpta; integras etiam exhibere lineas, primæ *Catholici* editioni ſimillimas.

Operæ pretium erit *Catholicon* & hoc *Vacularium* ad ultimum apicem usque inter ſe conferre, ſicque veritates typographicas fortaſſe novas detegere.

Reperimus interim documenta quædam, Bechtermüntzii quæ mentionem faciunt. vid. adj. ſub n. XXIIII. ubi Nicolaus Bechtermontz genant Claſs von Obernſawlnheim ùt patronus altaris S. Nicolai parochialis S. Chriſtophori recurrit. Ibidem mentio fit Joannis von Sorgenloch dicti Gensfleiſch judicis Moguntini, nec non domûs zum Gelt-hus dictæ. Sub n. XXIII. nominatur Hanns Bechtermontz als Montpar und Lehenträger Philipſen von Seligenloch genant Gensfleiſch.

MCCCCLXX.

Introductorium in epistolare B. Jeronimi impressionis Maguntine facte per virum famatum in hac arte, Petrum Schoiffer de Gernsheym. in fol.

In calce:

Finitur Sophronii Eusebii Jeronimi orthodoxi Ecclesie Episcopi propugnatoris clarissimi liber Jeronimianus, aut si mavis, quod & ipse velim, liber epistolaris explicit: ut dignitas nominis Jeronimiani egregio viro Johanni Andree permaneat. Qui hoc ipsum zelo devocionis erga virum sanctum affectus tempore prisco vulgavit in orbem.

Est autem presens opus arte impressoria feliciter consummatum per Petrum Schoiffer de Gernsheim in civitate nobili Maguntina, cujus nobilitati vir beatus Jeronimus scribens ad Ageruntiam de monogamia testimonium perhibet sempiternum: multis milibus incolarum ejusdem in ecclesia pro fide catholica sanguine proprio laureatis.

Huic laudatori reddit Maguntia vicem,
Tot sua scripta parans usibus Ecclesie.

Anno Domini MCCCCLXX. die VII. mensis Septembris que fuit vigilia nativitatis Marie. Da Gloriam Deo.

In Biblioth. Metropol.

vid. an. MCCCCLXXI.

MCCCCLXX.

Mammotractus.

(in quo velut quodam Dictionario voces Bibliorum enucleantur).

In fine:

Explicit Mammetractus arte imprimendi seu caracterizandi absque calami exaracione sic effigiatus, & ad eusebiam Dei. industrie per Petrum Schoiffer de Gernssheim in civitate Maguntina feliciter consummatus anno Domini Incarnacionis. M. CCCC. LXX. in vigilia Martini. in fol.

In Bibl. Dominican. Francof.

Decre-

Decretalium Sextus.

In fine:

Preſens hujus Decretalium preclarum Opus. Alma in urbe Maguntina. inclite nacionis Germanice. quam Dei clementia tam alto ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignata eſt. non atramento. plumali canna neque aerea. ſed artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei. induſtrie eſt conſummatum per Petrum Schoiffer de Gernſshem. Anno Domini M. CCCC. LXX. die vero XVII. menſis Aprilis. fol.

Die mehrgemeldte Wappen.

In Bibl. Metropol.

MCCCCLXXI.

Valerius Maximus. in fol.

Valerii Maximi Romane Urbis Juris peritiſſimi. in librum factorum & dictorum memorabilium ad Tiberium Ceſarem prefatio incipit.

In fine:

Preſens Valerii Maximi opus preclariſſimum in nobili urbe Moguntina Rheni terminatum! anno M. CCCC. LXXI. XVIII. Kalendis Juliis! per egregium Petrum Schoyffer de Gernſhem artis impreſſorie magiſtrum feliciter eſt conſummatum.

Bino exemplari in membrana & charta adjecta ſunt ſcuta.

Notat Crevenna Tom. V. p. 174. Celle-ci eſt communément regardée pour la premiere edition de cet Auteur. Elle eſt très eſtimée & très rare. Notre exemplaire eſt, à quelques petites piquures de vers près, trèsbien conſervé. Il eſt decoré de miniatures avec des armes & de lettres initiales peintes en couleurs. M. de Bure a raporté le commencement & la fin du volume; a fin que cela puiſſe ſervir de deſcription,

 nous

nous y ajouterons, qu'il eſt ſans chifres, ſignatures, ni reclames & que ſa totalité eſt de 198. feuillets. Sur la fin du recto du dernier feuillet on lit la ſouſcription ſuivante: *Preſens Valerii &c.* ut ſupra.

Conſtitutiones Clementis Pape V.

Una cum apparatu Domini Jo. Andreæ. in fol.

In fine:

Preſens Clementis quinti opus Conſtitutionum clariſſimum. Alma in Urbe Maguntina. inclite nacionis Germanice. quam Dei clementia. tam alti ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre. illuſtrareque dignata eſt. Artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi absque ulla calami exaratione ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei. induſtrie eſt conſummatum per Petrum Schoiffer de Gernſshem. Anno Dominice incarnacionis M. CCCC. LXXI. tredecima die menſis Auguſti.

Fauſt und Schœffers Wappen.

Bure & Maittaire.

Opp. D. Thomæ. fol.

Finis.

Preclarum hoc opus Prime ſecunde S. Thome de Aquino alma in Urbe Moguntina inclite nationis Germanice, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nationibus preferre illuſtrareque dignata eſt, artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu caracterizandi absque calami exaracione ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtrie eſt conſummatum: per Petrum Schoiffer de Gernshem anno Dni MCCCCLXXI. octava die Novembris. Sit laus Deo.

Conſtant duobus voluminibus membranaceis.

Tomus alter (ſecunda ſecunde) completus fuit anno 1467. eandemque habet concluſionem.

In Bibl. Metropol.

Ex-

Extrait du Necrologue de l'Abbaye de St. Victor de Paris. 1471. 3. Kal. Novembris.

Anniverſarium honorabilium virorum Petri Schœffer & Conradi Henlif ac Johannis Fuſt, civium de Moguntia, impreſſorum librorum, nec non uxorum, filiorum, parentum, amicorum & benefactorum eorundem. Qui Petrus & Conradus dederunt nobis Epiſtolas beati Hieronymi impreſſas, in pergameno, excepta tamen ſumma duodecim ſcutorum auri, quam prefati impreſſores receperunt per manus Domini Joannis Abbatis hujus Eccleſiae.

Hæ lineæ reperiuntur in exemplari epiſtolarum b. Hieronymi (vid. ſupra an. MCCCCLXX.) ſcriptæ poſt finale. Maittaire Annal. Typogr. T. 1. p. 285.

Notandus eſt Conradus Henlif in primâ officinâ typographicâ cooperarius.

MCCCCLXXII.

BIBLIA.

Fol. max. duo volum. chart.

In fine ſecundi legitur:

Preſens hoc opus preclariſſimum. alma in urbe Maguntina. inclite nationis Germanice. quam Dei clementia. tam alti ingenii lumine. donoque gratuito. ceteris terrarum nacionibus preferre illuſtrareque dignata eſt. artificioſa quadam adinvencione imprimendi ſeu caracterizandi absque ulla calami exaracione ſic effigiatum. & ad euſebiam Dei. induſtrie eſt conſummatum. per Petrum Schoiffer de Gernſhem. Anno Dominice incarnacionis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo. in vigilia Mathie Apoſtoli.

Cum Scutis.

Wolff. l. c.

Hæc Bibliorum editio, notante Schwartzio l. c. p. 31. exacte refert editionem anni 1462, ita, ut iidem typi utrobique conſpiciantur & folium

folio,

folio, pagina paginæ, columna columnæ, verſus verſui, vox voci & littera litteræ, ſi perpauca ſcribendi compendia excipias, reſpondeant. Mihi ſola prima pars horum Bibliorum obtigit, quæ quondam fuit Monaſterii S. Johannis Baptiſtæ in monte extra muros Magdeburgi & tanquam ſpolium militare à laniatore Schebelio tunc in occupatione Magdeburgenſi pervenit ad M. Johannem Benikerum & ab hoc ad M. Johannem Olearium.

1472.

Catholicon. fol.

Hujus libri (cujus mentionem facit annus 1760.) editio altera inſecuta eſt hoc anno per Petrum Schoiffer de Gernsheim. vid. Maittaire l. c. p. 317.

Varios variorum circa hunc librum ejusque Autorem errores indicat & corrigit Jo. Diecmannus, qui & de editionibus hujus libri ſatis copioſè diſſerit in ſpecimine Gloſſarii Latino-Theotiſci p. 3. ſq. confer. Jacobi Quetif Biblioth. Scriptor. Ord. Præd. T. I. p. 462. Tom. II. p. 818. Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Lat. T. III. p. 670. ſeq. Bibliothec. med. inf. Latin. T. I. p. 437. Bibliotheca Aproſiana pag. 215. edit. Wolfian.

Hujus libri hanc ſubſcriptionem affert Jacobus Mentelius de vera typographiæ origine pag. 91.

Praeſens hoc opus praeclariſſimum, alma in urbe Moguntina inclytae Nationis Germanicae, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nationibus praeferre illuſtrareque dignata eſt, artificioſa quadam adinventione imprimendi ac caracterizandi, absque ulla calami exaratione ſic effigiatum & ad euſebiam Dei eſt induſtrie conſummatum, per Petrum Schoeffer de Gernsheim, Anno Dominicae Incarnationis M. CCCC. LXXII. in vigilio Mathiae Apoſtoli.

1472.

Decretum Gratiani.

Finitur.

Anno Incarn. Dominice MCCCCLXXII. Idibus Auguſtiis, SSmo in Xpo Patre ac Domino D. Sixto Papa quarto Pontifice maximo, illuſtriſſimo nobiliſſime domus Auſtrie Friderico Romanorum Rege glóriofiſſimo, rerum Dominis: nobili nec non generoſo Adolpho de Naſſau Archiepiſcopatum gerente Maguntinenſem; in nobili urbe Moguncia que noſtros apud majores *Aurea* dicta, quam divina etiam clemencia dono Gratuito pre ceteris terrarum nationibus arte impreſſoria dignata eſt illuſtrare, hoc preſens Gratiani decretum ſuis cum rubricis non atramentali penna, cannave, ſed arte quadam ingenioſa imprimendi, cunctipotente adſpirante Deo, Petrus Schoiffer de Gernsheim ſuis conſignando ſcutis feliciter conſummavit.

Wappen.

Eſt codex maximæ molis, non modo cuſus in membrana, verum etiam litteris initialibus artificioſiſſime inauratis pictisque exornatus, in cujus theca reperitur notamen ſequens:

Dominus Nicolaus Sintrami, Prepoſitus Veſtrenſis ex opido Houngen (ſ. Hoingen) rexit hoc monaſterium * religioſiſſime fere ad XVI. annos; fuitque doctiſſimus quaſi in omni ſcibili, precipue tamen egregie percalluit Hiſtorias omnes & Theologiam. Obiit in octava S. Auguſtini in nocte, finita antiphona ad *Benedictus in diebus eis* anno 1504.

Extat in Biblioth. Metrop.

Impe-

* Subintelligitur monaſterium *Novi Operis* in civitate Hallenſi.

Imperatoris Justiniani

Institutionum Juris Civilis libri IV. cum Glossis. fol. Moguntiæ per Petrum Schoyffer de Gernsheym anno MCCCCLXXII. * Bure.

Praeclarum opus alma in Urbe Maguntina inclytae nationis Germanicae, quam Dei clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum nationibus praeferre illustrareque dignata est, non atramento communi, non plumali canna neque aerea, sed artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi sic effigiatum & ad eusebiam Dei industrie est consummatum per Petrum Schoiffer de Gernshem, anno Dominicae incarnationis Millesimo CCCC LXXII. XXIX. die mensis Octobris.

Ad finem repetuntur versus: Scema tabernaculi &c. qui in editione Institutionum Justiniani an. 1468. leguntur.

MCCCCLXXIII.

Sextus Decretalium. fol.

Explicit.

Sexti Decretalium opus praeclarum in nobili urbe Maguncia, quam imprimendi arte ingeniosa, gratuitoque dono gloriosus Deus plus ceteris terrarum nationibus preferre illustrareque dignatus! non atramento e plumali ereaque penna, cannave, sed adinventione quadam perpulcra, per venerandum virum Petrum Schoiffer de Gernshem feliciter est consummatum! Anno Dni MCCCC LXXIII. ad nonas Aprilias.

Wappen.

In Bibl. Metropol.

Bartholomæus Brixiensis.

Apparatus ad Decretalium Gratiani. fol. maj. Moguntiæ 1473.
In Bibl. Dominican. Francoford.

Augu-

* Subscriptionem hanc refert Maittaire Annal. Typograph. 1. p. 318.

Auguſtinus de civitate Dei. fol.

Finis.

Igitur Aurelii Auguſtini civitatis orthodoxe ſideris prefulgidi de Civitate Dei Opus preclariſſimum, binis ſacre pagine profeſſoribus eximiis * id commentantibus, rubricis tabulaque diſcretum, precelſa in urbe Moguntina partium Alemanie; non calami per fraſim, caracterum autem apicibus artificioſe elementatum ad laudem Trinitatis individue, civitatis Dei preſidis, operoſe eſt conſummatum. Per Petrum Schoiffer de Gernsheim an. M CCCC LXXIIII. die V. menſis Septembris. Preſidibus Ecclesie Catholice Sixto tercio Pontifice ſummo, ſedi autem Moguntine Adolfo ſecundo Preſule magnifico; tenente autem ac Gubernante Xpianiſmi monarchiam Imperatore ſereniſſimo Frederico tercio Ceſare ſemper Auguſto.

Opus ſic terminatur:

Textus ſancti Auguſtini de Civitate Dei Maguncie impreſſus explicit feliciter.

Anno (*inſignia*) LXXIII.

Finito libro ſit laus & gloria Criſto.

Extat in Biblioth. Metropolitana & ad S. Barthol. Francoford.

Ad finem totius operis legimus:

Igitur Aurelii Auguſtini civitatis orthodoxe ſideris prefulgidi de Civitate Dei opus preclariſſimum, binis ſacre pagine profeſſoribus eximiis id commentantibus. rubricis tabulaque diſcretum precelſa in urbe Moguntina partium Alemanie, non calami per fraſim. caracterum autem apicibus artificioſe elementatum. ad laudem Trinitatis individue civitatis Dei praeſidis operoſe eſt conſummatum per Petrum Schoiffer de Gernſsheim. Anno Domini M. CCCC. LXXIII. die V. menſis Septembris. Preſidus eccleſie catholice Sixto tercio Pontifice ſummo ſedi autem Moguntine Adolfo

O 2 ſecun-

* Thoma Valois & Nicolao Triveth ordinis Prædicatorum.

ſecundo Preſule magnifico. Tenente autem ac Gubernante Chriſtianiſmi monarchiam Imperatore ſereniſſimo Frederico tercio Ceſare ſemper Auguſto.

Wappen.

Decretales Gregorii IX. fol. max.

Sic finiuntur.

Anno Incarn. Dominice MCCCCLXXIII. IX. Kal. Decembris SSmo in Xpo Patre ac Domino D. ſixto Papa quarto Pontifice maximo, illuſtriſſimo nobiliſſime domus Auſtrie Friderico Romanorum Rege glorioſiſſimo, rerum Dominis, nec non Rmo in Xpo Patre Domino Adolpho Archipreſule Maguntino in nobili urbe Moguncia, que noſtros apud Majores *Aurea* dicta: quam divina etiam clemencia dono gratuito pre ceteris terrarum nationibus arte impreſſoria dignata eſt illuſtrare; hoc preſens Decretale, gloſa cum ordinaria D. Bernhardi ſuis cum rubricis, non atramentali penna cannave ſed arte quadam ingenioſa imprimendi, cunctipotente adſpirante Deo, Petrus Schoiffer de Gernsheim ſuis conſignando ſcutis feliciter conſummavit.

Wappen.

Ad calcem Indicis:

Eſtimo, nec ſcriptas Decretales neque preſſas
 Conferri noſtris in tribus eximiis.
In foliis ſpacium cunctis eſt marginis equum,
 Codicis hoc primum fulget ab arte decus.
Querere te textui diſtantem crebro fatigat
 Gloſam: hic folium vertere non opus eſt.
Te cito certificant monſtrantia Grammata Gloſam
 Correctusque liber perficiet docilem.

Codex hic ſimilis Decreto Gratiani ad an. 1472. deſcripto.

Nota. Ante verſus præcedentes poſitum eſt primorum artis Magiſtrorum typus & petri preconium.

Cenna

Cema tabernaculi Moiſes Salomon quoque templi
haud preter ingenuos perficiunt dedalos.

&c. &c. vid. Inſtitut. Juſtiniani an. MCCCCLXVIII.

In Bibl. Metropol.

MCCCCLXXIV.

Pſalterium breviariumque Maguntinenſe, quàm ſumma diligentia ac multo labore ad normam veri ordinarii Mogunt. emendatum. in 4.

Subjectum volumen pſalterii breviariique Maguntinenſis impreſſorie artis induſtria perfectum & feliciter conſummatum eſt in domo fratrum Clericorum communis vite Vallis ſancte Marie ejusdem dioceſis in Ringkauia. Anno Dni M. CCCC. LXXIIII. ſabbato poſt Reminiſcere.

In Bibl. S. Barthol. Francoford. liber rariſſimus.

Henricus Herp.

In fine.

Speculi aurei decem preceptorum Dei fratris Henrici Herp ordinis minorum de obſervantia opus preclarum in nobili Urbe Maguncia quam imprimendi arte ingenioſa gratuitoque dono glorioſus Deus plus ceteris terrarum nationibus preferens illuſtrare dignatus eſt. non atramento plumali ereaque penna cannave. ſed adinventione quadam perpulcra per honorabilem virum Petrum Schoyffer de Gernsheym feliciter eſt conſummatum. Anno Dominice Incarnationis Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto menſis Septembris Idus quarto.

Codex in folio per columnas impreſſus.

In fine Scuta.

In Bibl. monaſt. Seligenſtadt.

Reverendiſſimi Cardinalis tituli ſancti Sixti Domini Johannis de Turrecremata. Expoſitio brevis & utilis ſuper toto pſalterio Moguntie impreſſa. Anno Dni. M. CCCC. LXXIIII. tercio idus ſeptembris per Petrum Schoyffer de Gernzhem feliciter eſt conſumata.

Cum Scutis. fol. chart.

C'est ici la premiere edition, que ce celebre Artiste a donné de cet ouvrage; elle est très rare & très recherchée des curieux. Voyez le Long, Maittaire & de Bure.

De crainte qu'en voiant la description, que M. de Bure donne de ce volume (dans la quelle il marque qu'on, doit trouver au commencement dix feuillets separes renfermans une epitre dedicatoire) & n'y trouvant que deux feuillets en place de dix; on ne pense que l'exemplaire est imparfait, nous devons avertir qu'on n'y doit véritablement trouver que deux feuillets, & que c'est une faute d'impression dans l'ouvrage de M. de Bure, qu'il a corrigée dans l'errata général à la fin du sixiéme volume. Nôtre exemplaire est très bien conservé & relié en maroquin bleu doré sur tranche & plat.

vid. an. 1474. & 1476.

Ad S. Jacobum Mog.

MCCCCLXXV.

Sermones Bernardi. fol. min.

Finis.

Anno nativitatis Xpi MCCCCLXXV. XIIII. die mensis Aprilis, in nobili urbe Maguncia non atramenti calamo, cannave! sed artificiosa quadam adinventione imprimendi ac caracterizandi, Sermones hos B. Bernardi Abbatis Clarevallis cunctipotenti annuente Deo Petrus Schoyffer de Gernsheym suis consignando Scutis feliciter consummavit.

Cum Scutis.

In Bibl. Metropol.

Codex Justinianeus. fol.

Finitur.

Anno nativitatis Xpi MCCCCLXXV. ad VII. Kal. Februarias SSmo in Xpo Patre ac DD. Sixto PP. IIII. Illustrissimo nobilissime domus Austrię Friderico III. Romanorum Imperatore invictissimo semper Augusto;

ſto; Reverendiſſimo in Xpo Patre ac Dno D. Adolpho Archipreſule Maguntino, in nobili urbe Maguncia, non atramenti calamo, cannave, ſed arte impreſſoria (quam quidem, etſi antiquitas divino non digna eſt viſa judicio! noſtra nichilominus tempeſtate indulta) ſacratiſſimi Principis Juſtiniani Codicem! cunctipotente favente Deo Petrus Schoyffer de Gernsheym ſuis conſignando Scutis feliciter conſummavit. Laus Deo.

Wappen.

In Bibl. Metropol.

Huc pertinet Diploma Ludovici XI. Galliæ Regis conceſſum in Gratiam Conradi Hannequis & Petri Scheffer *civium Moguntinenſium, quorum conſtitutus pro divendendis libris Commiſſarius Hermannus de Stateren jure indigenarum non gaudens Pariſiis obiit.*

Louis, par la Grace de Dieu Roy de France, à nos amés & feaux les generàux conſeillers, par nous ordonnés ſur le fait & Gouvernement de toutes nos finances, ſalut & dilection; de la partie de nos chers & bien amés, Conrart Hannequis & Pierre Scheffer, Marchands bourgeois de la Cité de Majence en Allemagne, nous a eté expoſé, qu'ils ont occupé grand partie de leur temps a l'induſtrie art & uſage de l'impreſſion d'eſcriture, de la quelle par leur cure & diligence ils ont fait faite pluſieurs beaux livres ſinguliers & exquis, tant d'Hiſtoires, que de diverſes heures, dont ils ont envoyé en pluſieurs & divers lieux, & mesmement en notre ville & Cité de Paris, tant a cauſe de la notable Univerſité, qui y eſt, que auſſi, pourceque c'eſt la ville capitale de notre Royaume, & ont commis pluſieurs gents pour iceux livres vendre & diſtribuer, & entre autres depuis certain temps en ca commirent & ordonnerent pour eux un nommé Herman de Stattren, natif du Dioceſe de Munſter en Allemagne, au quel ils baillerent & envoyerent certaine quantité de livres pour iceux vendre là, ou il tiendroit au profit des dits Conrad Hannequis & Pierre Scheffer, ausquels le dit Stattren feroit tenu d'en tenir compte,

lequel

lequel Stattren a vendu plusieurs des dits livres, dont a l'heure de son trepas il avoit les deniers par deniers lui, & pareillement avoit mis en garde tant de notre dite ville de Paris, qu'à Anguers & ailleurs, en divers lieux de notre dit Royaume; & est iceluy Stattren allé de vie a trespas en notre dite ville de Paris, & pourceque par la loy generale de nostre Royaume toutefois, qu'aucun estranger & non natif d'iceluy nostre Royaume, va de vie à tres passement sans lettre de naturalité & habilitation & puissance de nous de tester, tous les biens, qu'il a en nostre dit Royaume, a l'heure de son dit trespas, nous competent & appartiennent par droit d'Aubenage, & que le dit Stattren estoit de la qualité dessus dite, & n'avoit aucunes lettres de naturalité, ni puissance de tester, notre Procureur ou autres nos officiers ou commissaires fierent prendre, saisir & arrester tous les livres & autres biens, qu'il avoit en ce lieu, & ailleurs en nostre dit Royaume, a l'heure de son dit trespas, & depuis & avant que personne se soit venu comparoit pour les demander iceux livres & biens, ou la plus part on esté vendus & divertys de les deniers, qui en sont venus, distribués. Apres les quelles choses le dit Conrart Hannequis & Pierre Scheffer se sont tirés par devant nous & les gents de notte Conseil, & ont fait remonstrer, que combien que les dits livres fussent esté possession du dit Stattren a l'heure de son dit trespas, toute fois ils ne luy apartenoient point, mais veritablement apartenoient & apartiennent aus dits exposants, & pour ce prouver & monstrer, ont exhibé le testament du dit Stattren avec certaines cedulles & obligations, & produit aucuns tesmoins & autres choses, faisants de ce mention, en nous requerants les faire restituer des dits livres & autres biens, ou de la valeur & estimation d'ceux, les quels ils ont estimé a la somme de deux mille quatre cent vint cinq escus d'or & trois sols tournois: Pourquoi nous, les choses susdittes considérees, & mesmement pour consideration de ce, que le tres haut & tres puissant Prince, nostre tres cher & tres amé frere, cousin & allié, le Roy des Romains nous a escrit de cette matiere, aussi que les dits Hannequis & Scheffer

sont

ſont ſujets & de pays de noſtre tres cher & tres amé couſin, l'Archeveſque de Mayence, qui eſt notre parent, amy, confederé & allié, qui pareillement ſur ce nous a eſcrit & requis, & pour le bon amour & affection, qu'avons a lui, deſitants traiter & faire traiter favorablement tous ſes ſuyets, ayants auſſi conſideration de la peine & labeur, que les dits expoſants ont pris pour là dite art & induſtrie de l'impreſſion, & au profit & utilité, qui en vient & peut venir a toute la choſe publique, tant pour l'augmentation de la ſcience, qu'autrement, & combien que toute la valeur & eſtimation des dits livres & autres biens, qui ſont venus a notre connoiſſance, ne montants pas de grand choſe, la dite ſomme de deux mille quatre cent vint cinq Eſcus & trois ſols tournois, a quoy les dits expoſants les ont eſtimés, neantmoins pour les conſiderations ſurdites, & autres a ce nous monvants, nous ſommes liberalement condeſcendus de faite reſtituer aus Conrart Hannequis & Pierre Scheffer la dite ſomme de deux mille quatre cent vingt cinq eſcus & trois ſols tournois, & leur avons accordé & octroyé, accordons & octroyons par ces preſentes, que ſur les deniers de nos finances ils ayent & prennent la ſomme de huit cent livres chacun an a commencet la premiere année au 1. jour d'Octobre prochain venant & continuer d'aller en avant, jusque a ce qu'ils ſoient entierement payés de la dite ſomme de 2425 eſcus & 3 ſols tournois. Sy vous mandons & enjoignons expreſſement, que par noſtre amé & feal conſeiller, Jean Briconnet, reçeveur general de nos finances, ou autre, qui par le temps advenit ſera, vous ſur icelles nos finances faites payer, bailler & delivrer aus dits Conrart Hannequis & Pierre Scheffer, ou a leur procureur ſuffiſamment fondé par eux, la dite ſomme de 800 livres tournois par chacun an, a commencer la dite premiere année au dit 1. jour d'Octobre prochain venant, & continuer d'an en an, juſqu'a ce qu'ils ſoient entierement payés de la dite ſomme de 2425 eſcus & 3 ſols tournois, & de rapportant ces preſentes ſignées de noſtre main ou vidimus d'icelles faits ſous ſcel Royal avec quitance ou recognoiſſance ſur ce ſuffi-

ſante des dits Conrart Hannequis & Pierre Scheffer, nous voulons la dite ſomme de 800 livres tournois par chacun an, ou ce qui en aura eſté payé, eſtre alloué es comptes & rabbatu de la recepte du dit Jean Briconnet, ou d'autre, qui ſera noſtre Receveur General au temps advenir par nos amés & feaux gents de nos comptes, ausqui eux nous mandons d'aynſi le faire ſans difficulté, & en outre voulons & decernons, que le vidimus de ces dittes preſentes, faits ſous Scel Royal, vaille eſtat & Rolle au dit Briconnet, ou autre noſtre receveur general preſent ou advenir pour les ſommes deſſus dites, qui auront eſté payées a la deſſu dite, ſans ce que beſoin leur ſoit d'en avoir de nous autre Rolle ou acquit, pourveu que par chacun an il ſera tenu, d'eſcrite ou faire eſcrire au dos de ces dittes preſentes les payements, qui auront eſté ſur ce faits, & que au derniere payement & parfourniſſement de la dite ſomme les dits Conrart Hannequis & Pierre Scheffer, ou leur dit Procureur ou commis, ſeront tenu rendre & bailler a noſtre dit Receveur General ce preſent original, pour le rendre & raporter ſur ſon compte en noſtre dite chambre des comptes, car ainſy nous plait il eſtre fait, non obſtant que les dits ſommes ne ſoient enrotuléts chacun an des Rolles de noſtre dit Receveur General & quelconques reſtrictions, mandements ou defenſes, a ce contraires. Donné a Paris le XXI. jour d'Avril l'an de Grace MCCCCLXXV, & de noſtre Regne le XIV, ainſi ſigné Louis, par le Roy, vous l'Evesque d'Evreux, & pluſieurs autres preſents.

Le Gout.

Extat in Chriſtiani Wolffii monumentis Typographicis part. II. pag. 389 & ſeqq. ubi addit: Envoyée au R. P. Louis Jacob par Monſieur de la Mare Conſeiller au Parlement de Diyon l'Avril 1665.

MCCCCLXXVI.

MCCCCLXXVI.

Reverendiſſimi Cardinalis tit. S. Sixti Domini Johannis de Turrecremata. expoſitio. vid. an. 1474. *per Petrum Schoiffer* 1476. in fol.

Celle-ci eſt la ſeconde edition, que Schoyffer a faite de cet ouvrage. M. de Bure dit, que la ſeconde edition eſt celle que le même imprimeur à donné en 1478. mais il s'eſt trompé, car celle de an. 1478. eſt la troiſiéme. *Le Long* n'a connu que le deux éditions de 1474. & 1476. & *Orlandi* dans ſon origine & progrès de l'imprimerie ne marque que celles de 1476. & de 1478. mais *Maittaire* les marque toutes trois. Cette ſeconde edition eſt egale pour le caractére & le papier a celle de 1474. & la ſouſcription à la fin eſt auſſi pareille, excepté qu'elle porte 1476. *decima die Marcii;* mais le format eſt moins haut & les pages contiennent moins de lignes, que celles de l'edition de 1474. cet exemplaire, qui eſt auſſi de la meilleure conſervation eſt reglé & relié en maroquin rouge doré ſur tranche & plat.

Subſcriptio libri eſt:

Reverendiſſimi Cardinalis tituli S. Sixti Domini Johannis de Turrecremata. expoſitio brevis & utilis ſuper toto pſalterio Moguncie impreſſa anno Domini M. CCCC. LXXVI. decima die Marcii per Petrum Schoyffer de Gernſheym feliciter eſt conſummata.

Cum Scutis.

Cl. Crevenna in Catalogo Bibliothecæ ſuæ libris & multis & raris refertæ Tom. I. p. 40.

Inſtitutiones Juſtiniani. fol.

Sic expliciunt:

Anno Domini M. CCCC. LXXVI. X. Kalendis Juniis. Sanctiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Sixto Papa IIII. Invictiſſimo Domino, Domino Friderico III. Romanorum Imperatore ſemper Augusto.

gusto. Generoso Domino Diethero de Isenburg electo & confirmato Maguntino. In nobili urbe Maguncia Rheni, impressoriae artis inventrice elimatriceque prima! praesens institutionum opus praeclarum! Petrus Schoiffer de Gernshem, suis consignando Scutis! omnipotente favente Deo! feliciter consummavit.

Wappen.

Meermann. parte II. p. 101.

Constitutiones Clementis Pape V.

Cum apparatu Dom. Joannis Andree.

Fol. max. in charta.

In fine:

Annno Domini M. CCCC. LXXVI. IIII. Idus Septembris Reverendissi- in Xpo Patre ac Domino Dno Diethero Archiepiscopo Maguntino in nobili urbe Moguncia Rheni! impressorie artis inventrice alumnaque prima presens Clementinarum opus preclarum Petrus Schoyffer de Gernsshem suis consignando Scutis! Deo favente feliciter finivit.

Cum Scutis.

In Bibl. Metrop.

Basileæ inter an. 1476. & 1486. libros impressit Michael Wenzler. Anonymus auctor in epigrammate, quod legitur ad calcem epistolarum Gasparini Pergamensis ex editione Basiliensi sine anno apud Michaelem Wenzler & Fridericum Biel excusa in 4. hæc leguntur.

Artem pressuræ quamvis Moguncia finxit,
ex imo traxit hanc Basilea tamen.
Nomina si cupias, Michael cognomine Wenzler,
huic operis socius Biel Fridericus erat.

De hac Officinâ vid. Maittaire Annal. Typ. Tom. I. p. 236. edit. 2.

MCCCCLXXVII.

MCCCCLXXVII.

Decisiones Rotæ Romanæ. fol.

In fine:

Anno Domini M. CCCC. LXXVII. pridie nonis Januariis, gravi labore maximisque impensis Romanam post impressionem opus iterum emendatum antiquarum novarumque Decisionum suis cum additionibus Dominorum de Rota in civitate Maguntina impressorie artis inventrice elimatriceque prima Petrus Schoyffer de Gernsheym suis consignando Scutis arte Magistra feliciter finivit.

Wappen.

In Bibl. Metropol.

Rayneri de Pisis.

Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui an. 1410 floruit, summa seu nucleus Theologiæ, quæ Panteologiæ titulo inscribitur, in duas partes distributa, procedens in materiis secundùm ordinem alphabeti, qua non solùm tractat de conscientiæ casibus, sed etiam de anni materia prædicabili & per modum prædicabilem. Moguntiæ an. 1477. fol. à Petro Schoiffer impressa. Vid. Wolff. l. c. Tom. 2. p. 887.

Vocabularium Latino-Teutonicum. 4.

Altavillæ à Nicolao Bechtermüntz cum epigraphe (ut an. 1469, quem conferre placeat) est recusum. Opuscul. Jo. Heumanni pag. 452.

Authenticæ seu *Novellæ Constitutiones D. Justiniani*, cum Glossis. fol. maj.

Rubrica prima:

In nomine Domini nostri Jhesu Xpi de heredibus & falcidia constitutio prima, si heres legata solvere noluerit. Incipit constitutio Imperatoris Justiniani à Johanne Papa secundo.

In fine explicit liber autenticorum.

Typographus Petrus Schœfferus, annusque impressionis demum in fine ultimæ partis hujus voluminis indicatur. Conjungitur enim hoc opus cum sequentibus duobus, in uno volumine. Schwartzius l. c. p. 39.

 Con-

Consuetudines Feudorum cum Gloſſa.

Rubrica prima:

Incipiunt conſuetudines feudorum, & primo de his qui feudum dare poſſunt, & qualiter acquirantur & retineantur. Definit hoc opus in Tit. LVIII. libr. II. de notis feudorum. cui adhuc adjicitur conſtitutio de ſtatutis & conſuetudinibus contra libertatem eccleſie editis.

Nulla ſubſcriptio typographi in fine harum conſuetudinum deprehenditur. Interim hoc opus feudale in eodem volumine, inter X collationes authenticas & tres libros poſteriores codicis anno 1477. Moguntiæ excuſos collocatum & iisdem planè typis, paribusque chartis impreſſum, omnino ad idem tempus, eundemque typographum eſt referendum. Schwartz l. c.

Feudorum Authenticum. fol.

In fine:

Anno Incarnationis Dominice M. CCCC. LXXVII. XII. Kalendis Septembris. Sanctiſſimo in Xpo Patre ac Dno Dno Sixto PP. IIII. Pontifice Maximo. Illuſtriſſimoque nobiliſſime Domus Auſtrie Dno Dno Friderico Romanorum Imperatore inviĉtiſſimo, Monarchie Xpiane Dominis. Reverendiſſimo Deoque amabili in Xpo Patre ac Dno Dno Diethero Archipreſule Maguntino in Civitate Maguncia impreſſorie artis inventrice atque elimatrice prima X. collacionum triumque librorum Codicum Opus egregium Petrus Schoiffer de Hernſsheim * glorioſo favente Deo ſuis conſignando Scutis feliciter finivit.

Das Wappen.

In Bibl. Metropol.

MCCCCLXXVIII.

Incipit Dialogus, qui vocatur *Scrutinium Scripturarum* compoſitus per Reverendum Patrem Dominum Paulum de ſancta Maria Magiſtrum

in

* Gernsheim.

in Theologia. Episcopum Burgensem. Archicancellarium Serenissimi Principis Domini Regis Castelle & Legionis, quem composuit post addiciones positas ad postillam Nicolai de Lyra anno Dni M. CCCC. XXXIIII. etatis sue anno LXXXI.

In fine:

Anno Dni M. CCCC. LXXVIII. ad VII. Idus Januarias Reverendissimo in Xpo Patre ac Domino Dno Diethero Archipresule Maguntino in nobili civitate Maguncia domicilio Minerve firmissimo Scrutinii Scripturarum opus preclarum Petrus Schoffer de Gernsheym arte Magistra suis consignando Scutis feliciter finivit. 4. maj.

Wappen.

In Bibl. Carmeli Moguntini.

Turrecremata. in 4.

In fine:

Reverendissimi Cardinalis tituli sancti Sixi Domini Johannis de Turrecremata expositio brevis & utilis super toto psalterio Moguncie impressa anno Domini M. CCCC. LXXVIII. die quarta Aprilis per Petrum Schoyster de Hernsheym * feliciter est consummata.

Wappen.

Conf. an. 1474 & 1476. In Bibl. Metropol.

Bartholomæus de Chaymis.

Ad calcem:

Venerabilis fratris Bartholomei de Chaymis. de Mediolano ordinis Minorum Interrogatorium seu Confessionale perutile alias post impressiones in compluribus locis emendatum. Anno Domini M. CCCC. LXXVIII. ipsa die Urbani arte quadam caracterizandi imprimendive in nobili Urbe Maguntia ejusdem inventrice elimatriceque prima per Petrum Schoyffer de Gernsheym feliciter est consummatum. in 4. Insignia adpressa.

In Biblioth. mon. Seligenstadt.

MCCCCLXXIX.

* Gernsheym.

MCCCCLXXIX.

Decretales Gregorii IX. fol. max.

In fine:

Domini noſtri Jheſu Xpi a nativitate anno. M.CCCC. LXXIX. menſis Marcii idus ſexto. Sedem Apoſtolicam Sixto quarto orbis monarchiam auſtralium Ducum ex antiqua familia Friderico III. urbisque Maguntine Diethero de Yſenberg cum principatu curam Archipreſularem obtinentibus. poſt apud jam dictam nobilem urbem primum, inde a Paduanis accurata diligentia factas emendaciones nunc tercio velut igne ardentiſſimo aurum, lectione previa maturate examinate comprobateque feliciter finiunt debito cum apparatu Decretales Gregoriane, omnium revera his ipſis teſtimonium perhibentibus correctiſſime, Petro Schoiffer de Gernſsheim cujus armis ſignantur auctore cunctipotentis agente gratia cui perhennis honor & gloria Amen.

Wappen.

In Bibl. Metrop.

Joannis de Turrecremata Meditationes in Eccleſia S. Mariæ de Minerva Romæ depictæ. fol. Moguntiæ.

In Bibl. Francoford.

Joannis de Weſalia Concionatoris Wormatienſis paradoxa per M. Gerardum Elten de Colonia & M. Jacobum Sprenger damnata Moguntiæ. Ex hiſtor. litterariâ Mog.

MCCCCLXXX.

Agenda Moguntina.

Fol. ult. hujus libri pergameno impreſſi repræſentat imaginem S. Martini Epiſcopi ſedentis dextrâ pedum tenentis, ad ſiniſtram adgeniculatur infra egenus petens elemoſinam. *

Supra

* Extat Francofurti ad S. Bartholomæum.

Supra ad dextram insignia Metropolitanæ, ad sinistram insignia Diétheri Archi Episcopi Moguntini videntur. inferius conspiciuntur arma Bernardi de Breidenbach tum temporis Canonici Metropolitanæ & Camerarii. *

Infra imaginem S. Martini legitur: Anno Dñi. MCCCCLXXX. tercio Kl'as Julii. p̄sens clar; divinuq; opus. in p̄celsa civitate Magūtina. p̄sidēte díuo Díethero Archiēpo Magūtio. Ad dei laudē & gloriā feliciter est consumatū. fol. min.

MCCCCLXXXI.

Ad hunc annum ponimus Testimonium Mathiæ Palmerii Pisani in continuatione Chronici Eusebiani ad an. 1457. ubi ait: Quantum litterarum studiosi Germanis debeant, nullo satis dicendi genere exprimi potest. Namque à Joanne Guttemberg zum Jungen, ** equite, Moguntiæ Rheni, solerti ingenio librorum imprimendorum ratio anno 1440. inventa, hoc tempore in omnes ferè orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas parvo ære comparata posterioribus infinitis voluminibus legitur.

Vid. Meermann part. 2. p. 121. not. aq.

Et aliud Heinrici Wirczburg de Vach in fasciculo temporum Werneri Rolevinck de Laer à se interpolato atque aucto ad an. 1457. ubi hæc: Librorum impressionis scientia subtilissima, omnibus seculis inaudita, circa hæc tempora, reperitur in urbe Maguntina. Hæc est ars artium, scientia scientiarum, per cujus celeritatis exercitationem thesaurus desiderabilis sapientiæ & scientiæ, quem omnes homines per instinctum naturæ desiderant, quasi de profundis latibularum tenebris prosiliens, mundum in hoc maligno positum ditat pariter & illuminat. Virtus enim infinita librorum

* Vid. sigilla Camerariorum & judicum Moguntinorum nro. 1. uti & Gud. Tom. II. p. 477.

** Ab ædibus *zum Jungen* dictis cognominatus est, sicut Gutenberg ab ædibus ita nuncupatis.

brorum, quæ quondam Athenis vel Parisiis, cœterisque ſtudiis ſive bibliothecis ſacris, pauciſſimis quibusdam ſtudioſis manifeſta fuit, per hanc in omni tribu, populo, natione & lingua ubique divulgatur; ita ut veriſſimè impletum cernamus illud, quod dicitur Proverb. I. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba ſua dicens: usquequo parvuli diligitis infantiam. . . .

Vid. Meermann l. c. part. 2. p. 122. not. ar.

MCCCCLXXXII.

Miſſale Moguntinum, inter impreſſa antiquiſſimum, cum armis Dietheri Archiepiſcopi fol.

In Bibl. S. Barthol. Francoford.

Bothonis Conradi Chronicon Brunſwicenſium pictturatum dialecto ſaxonica conſcriptum. ſeu

Cronecken der Saſſen. fol. Mentz. In Bibl. Francof.

MCCCCLXXXIII.

Exteri quoque teſtimonia deponunt, quod ars typographica Moguntiæ ſit inventa. Sic autem Anonymus Auctor S. Albani in Angliâ Ludi Magiſter = in the Chronicles of Englande, with the frute of times ad an. 1457. = Officinæ Impreſſoriæ librorum hoc tempore Moguntiæ & per totum orbem valdè multiplicatæ ſunt. Illi autem (Moguntini) primi inchoarunt & tenuerunt artem. Et hoc tempore multi evaſerunt ſubtiliores acuratioresque in artibus, quàm antea fuerunt. de hoc libro vid. Meermann l. c. part. 2. p. 124. not. at.

MCCCCLXXXIV.

Herbarius cum herbarum figuris. Moguntiæ per Petrum Schoyffher de Gernzheym 1484. 4.

Wappen.

Vid. Crevenna Tom. II. pag. 139. & Bure.

MCCCCLXXXV.



Tab. II. pag. 123.



MCCCCLXXXV.

Hortus Sanitatis oder Gart der Gesundheit cum herbarum figuris (Germanicè). Moguntiæ per Petrum Schoyffer de Gernsheym 1485. fol. min. *

Dieser Herbarius ist tsu Mentss gedruckt und geendet uf dem XXVIII. dage des Mertss Anno MCCCCLXXXV.

In Bibl. Dominican. Francof.

MCCCCLXXXVI.

Bernardi de Breydenbach Decani Ecclesiæ Maguntinensis Opusculum sanctarum peregrinationum in montem Syon, ad venerandum Christi sepulchrum in Jerusalem atque in montem Synai ad divam virginem & martyrem Katherinam. Moguntiæ per Erhardum Reüwich 1486. in fol. Gothice cum fig.

Finalis inscriptio:

Sanctarum peregrinationum in montem Syon, ad venerandum Christi sepulchrum in Jerusalem. atque in montem Synai ad divam virginem & martirem Katherinam opusculum hoc contentivum per Erhardum Reü-

* Verba procemii : = Habe solches lobliches werk lassen anfahen durch einen Meister in der Artzeney geleret — — und do ich uff entwerffunge und kunterfeyung der kreuter gangen byn in mitteler arbeyt. vermerckt ich, dass viel edeler kreuter syn, die in dissen teutschen landen nicht wachsen. Darumb ich dieselben in irer rechten farbe unnd gestalt anders entwerffen nicht mocht, dan von hören sagen. Desshalben ich solichs angefangen werck unfolkomen und in der fedder hangen liess, so lange biss ich zu erwerben gnade und ablass mich fertiget zu ziehen zu dem heiligen Grabe — — nam ich mit mir einen maler von vernunfft und hand subtiel und behende — — und nenne diss buch zu latin Ortus Sanitatis. uff teütsch ein Gart der Gesundheit, in welchem garten man findet CCCC und XXXV. kreuter mit andern creaturen krafft und dogenden. — und uff das es aller welt gelehrten und leyen zu nütze homen moge, habe ich ess in teutsch laissen machen.

Cur his temporibus tam pauci ex officinâ Petri Schoiffer prodierint libri? peregrinationi ejusdem in Palæstinam adscribendum putem.

wich de Trajecto inferiori impreſſum in civitate Moguntina anno ſalutis M.CCCC.LXXXVI. die XI. Februarii finit feliciter.

In Bibl. Dominican. Francof.

Idem liber. Germanicè. Maguntiæ per eundem Erhardum Reüwich, 1486. in fol. Gothique.

Crevenna Tom. V. p. 36. ſeq. Wolff.

Idem liber Belgicè. Vide infra 1488

Alexander Dolenſis ſeu ut alii de Villa Dei, Grammaticus floruit A. C. 1240. cujus Doctrinale Grammatices metrice ſed carmine leonino prodiit litteris Gothicis Venetiis 1483. Idem Doctrinale cum Petri Hiſpani tractatibus excuſum eſt Moguntiæ 1462. & ſub titulo Grammaticæ latinæ 1486. in fol. ita Wolffii monumenta Typographica Tom. II. p. 876.

Hujus anni die quarta Januarii Bertoldus Archiep. Mog. mandatum promulgari fecit circa librorum cenſuram, quod incipit = Etſi ad mortalem eruditionem comparandam Divina quadam imprimendi arte ad ſingularum ſcientiarum codices abundè faciléque perveniri poſſit, compertum tamen habemus, quosdam homines inanis glorie aut pecunie cupiditate ductos, hac arte abuti & quod ad vite hominum inſtitutionem datum eſt, ad perniciem & calumpniam deduci. Vidimus enim ipſi libros de divinis officiis & apicibus Religionis noſtre è latina in Germanicam linguam traductos non ſine religionis dedecore verſari per manus vulgi; quid denique de ſacrorum canonum legúmque preceptis? Verum, *cum initium hujus artis in hac aurea noſtra Moguntia, ut vera ejus appellatione utamur, divinitus emerſerit*, hodieque in ea politiſſima atque emendatiſſima perſeveret; juſtiſſimè ejus artis decus à nobis defenſabitur, noſtra etiam interſit, divinarum litterarum puritatem immaculatam ſervari &c. de Gudenus T. IV. p. 469.

Trithemii ſermones & exhortationes ad monachos edit: Argentorati hoc anno lib. 1. exhort. 7.

Indu-

Induſtria quidem impreſſoriæ artis, noſtris diebus nuper apud Moguntiam inventæ, multa quotidie volumina producit in lucem: ſed comparare nobis omnia, nequaquam poſſibile, qui adhuc maxima deprimimur egeſtate.

MCCCCLXXXVII.

Breviarium Moguntinum. pars hyemalis & æſtivalis. fol. min. 1487.
In Bibl. S. Barthol. Francof.

Ex faſciculo Temporum editionis Colonienſis per Henricum Quentel an. MCCCCLXXVIII. & MCCCCLXXXI.

An. 1457. & anno præcedente fuit maximus terræ motus in Neapoli & perierunt multi 40 milia. Artifices mira celeritate ſubtiliores ſolito fiunt. Et impreſſores librorum multiplicantur in terra, ortum ſuæ artis habentes in Maguntia.

MCCCCLXXXVIII.

Bernardi de Breydenbach. Heilige bevaerden tot dat heylige Graft in Jeruſalem. fol. Moguntiæ per Gerardum Rewich de Trajecto an. 1488. die 24. Maji. Gothique.
Meerman orig. Typogr. p. 112.

Anno priore & iſto *Argentorati* prodiit faſciculus temporum per Johannem Prys impreſſus, ibi legitur: Anno MCCCCLVII. & anno præcedente fuit maximus terræ motus in Neapoli & perierunt XL mill. hominum. Librorum impreſſionis ſcientia ſubtiliſſima omnibus ſeculis inaudita circa hæc tempora reperitur in urbe Maguntina. Hæc eſt ars artium, ſcientia ſcientiarum, per cujus celeritatis exercitationem theſaurus deſiderabilis ſapientiæ, quem omnes homines per inſtinctum naturæ deſiderant, quaſi de profundis latibularum proſiliens, mundum in maligno poſitum ditat pariter & illuminat. Virtus enim infinita librorum que quondam Athenis vel Pariſiis ceterisque ſtudiis, ſive bibliothecis ſacris, pauciſſimis

quibusdam ſtudioſis manifeſtata fuit, per hanc in omni tribu, populo, natione & lingua ubique divulgatur, ita, ut veriſſimè impletum cernamus illud, quod dicitur Proverb. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. In capite turbarum clamitat in foribus portarum urbis, profert verba ſua dicens: usque quo parvuli diligitur infantia &c. &c.

Notat Schwartzius l. c. Diſſert. III. p. 36. Priori editioni à Typographo addita eſt ſubſcriptio: Impreſſum Argentine per Johannem Pryſs anno Domini MCCCCLXXXVII, alteri hæc adjecta ſunt verba: Impreſſum Argentine per Johannem Pryſs anno Domini MCCCCLXXXVIII. Neque eſt quod putes, in his duobus exemplaribus tantummodo ſubſcriptionem eſſe mutatam: Cum utique etiam in contextu ſœpè varientur typi. Quod autem ad narrationem de ortu Typographiæ attinet, ea in utroque exemplari eſt eadem, & quamvis verbis differat ab ea, quam exhibent duæ editiones Colonienſes ſupra indicatæ, reipſa tamen cum iisdem conſentit. Neſcias verò utrum tota illa narratio de Origine Typographiæ, quæ in exemplaribus Argentinenſibus eſt evulgata, ab ipſo auctore Rolevinckio, an ex parte à quodam Argentoratenſi interpolatore ſit profecta? Uterlibet præclarè ſuffragatur in hac cauſa honori Moguntiæ.

Scriverius in Laurea Laurentii Coſteri cxi. p. 62. de faſciculo Temporum: Gloriam inventæ Typographiæ Argentorato, in libro quodam, ab Argentoratenſibus typographis impreſſo, tam apertè negari & Moguntiæ tribui potuiſſe, mihi non videtur veriſimile: atque enormis fuiſſet Argentoratenſium incuria, ſi, poſito hoc, quod ipſi typographiam invenerint, mendacium hoc ſuâ operâ publicè divulgari permiſiſſent?

MCCCCLXXXIX.

Felix Faber in hiſtoria Suevorum hoc anno exarata lib. 1. c. 8.

Anno Domini M.CCCC.LIX. ars imprimendi libros in Germania primùm enata eſt a quodam de Maguncia in eadem urbe, qua arte nulla in

in mundo dignior, nulla laudabilior, nulla utilior ſive divinior & ſanctior eſſe potuit. In cujus quidem laudem quidam hos cecinit verſus:

O felix noſtris memoranda impreſſio ſeclis
inventore nitet utraque lingua tuo.
Deſierat quam ſi, totum quod fundis in orbem,
nunc parvo doctus quilibet eſſe poteſt.
Omnes te ſummis igitur nunc laudibus ornent,
Te duce quando ars hæc mira reperta fuit.

Cum hac divina arte etiam uſuales ſunt melioratæ, ut fabrilis in omni metallo, in omni ligno & in omni materia, in quibus Theutonici adeo induſtrii ſunt, ut per orbem fulgeant eorum labores &c.

MCCCCXC.

Pſalterium. fol.

Finale.

Praeſens pſalmorum Codex venuſtate Capitalium decoratus, rubricationibusque ac notis ſufficienter diſtinctus, adinvencione artificioſa imprimendi ac characterizandi absque ulla calami exaratione in nobili civitate Moguntina, hujus artis inventrice elimatriceque prima ſic effigiatus & ad laudem Dei ac honorem S. Benedicti per Petrum Schöffer de Gernsheim eſt conſummatus anno Domini MCCCCXC. ultima die menſis Auguſti.

Prodiit iſte liber typis eisdem queis pſalterium de an. 1457. & illud anni 1459.

Confer. etiam Acta Eruditorum Lipſiæ ad an. MDCCX. menſe Auguſto p. 356.

Ad hunc annum notamus Moguntinum typographum Florentiæ exiſtentem ſic enim in libro cui titulus:

Pungi lingua di frate Domenico chaualcha da uico
Piſano in fol.

à la fin on lit:

Im-

Impreſſo in Firenze apreſſo à ſancta Maria maggiore per ſer Lorenzo di Mathio Chericho Fiorentino & per Giovanni di Piero Thedeſco da Maganza. Adi octo d'Octobre M. CCCC. LXXXX.

MCCCCXCI.

Hortus Sanitatis. fol.

Explicit *Hortus Sanitatis*, quem quidem librum omni diligentia collectum & elaboratum, intelligibili caractere, propriis impenſis Jacobus Meydenbach, civis Moguntinus, luculentiſſimè impreſſit, ſummamque adhibuit diligentiam, operamque maximam, ut ſingulæ herbæ ac ſinguli flores ſuos naturales colores, ac animalia ipſa, volucres, piſces, denique & alia in hoc praeclariſſimo opere deſcripta, ſuas, ſicut eas natura produxit, haberent effigies & figuras. Hoc modo lectitanti prodeſſe ac intuentem oblectare, impreſſor Jacobus voluit. Impreſſum eſt autem hoc ipſum in inclita civitate Moguntina, quae ab antiquis *aurea Moguntia* dicta ac a Magis, id eſt, ſapientibus, ut fertur, primitus fundata: in qua nobiliſſima civitate & ars ac ſcientia haec ſubtiliſſima caracteriſandi ſeu imprimendi fuit primum inventa. Impreſſum eſt inquam ſub Archipraeſulatu Reverendiſſimi & benigniſſimi Principis & Domini Domini Bertoldi Archiepiſcopi Moguntinenſis ac Principis Electoris, cujus feliciſſimo auſpicio graditur, recipitur & auctoriſatur. Anno ſalutis milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo primo, die vero Jovis viceſima tertia menſis Junii.

In Bibl. monaſt. Seligenſtadt.

MCCCCXCII.

Kronecke van Kayſern &c. der Saſſen. fol. min. chart.

Duſſe Kroneke van Keyſeren unde anderen furſten unde ſteden der Saſſen mit oren wapen hefft geprent Peter Schoffer van Gernſsheim in der eddelen ſtat Mencz die eyn anefangk is der prentery. In deme

Jare

Jare na Crifti gebort. Dufent vier hundert LXXXXII. uppe den festen dach des Merczen.

Cum Scutis.

Schwartzius l. c. pag. 43. ait: Poft hunc annum nullum amplius librum à Petro hoc Schoeffero Moguntiæ excufum adhuc reperire potui (a), non verò nefcio, ei in officina fucceffiffe filium Joannem Schoefferum (b).

Joannes Trithemius

De laudibus ordinis fratrum Carmelitarum libri II. in 4. Moguntiæ 1492.
In Bibl. monaft. Seligenftadt.

Donatus Boffius in Chronico Mediolani edito typis Antonii Zaroti an. 1492. ad an. 1457.

Hoc anno falutifera doctrinarum omnium imprimendorum librorum ars auctore Johanne Gutember, Germano, reperta eft.

MCCCCXCIII.

Miffale Moguntinum juffu Bertholdi Archiep. caftigatum ac emendatum.

In fine legitur:

In nobili civitate Maguntina impreffoRie artis inventrice elimatriceque prima &c. feliciter eft confummatum per Petrum Schoffer de Gernzheym 1493. fol.
In Bibl. S. Barthol. Francof.

Libri chronicarum Norimbergæ per Antonium Koberger hoc anno impreffi ad an. 1440.

Ars imprimendi libros his temporibus primùm in Germania enata eft. Quantum igitur litterarum ftudiofi Germanis debeant, nullo fatis dicendi genere exprimi poteft. Hanc apud Maguntiam Rheni urbem folerti inge-

(a) A Petro Schoeffer non tantùm anno fequente MCCCCXCIII. Miffale Moguntinum fed etiam anno MDII. adhuc Pfalterium in fol. impreffum fuiffe, fuis edocent locis librorum antè dictorum finalia.

(b) Librum primum à Joanne Schoeffer Moguntiæ an. MDIII. impreffum offendes infra: Mercurium Trismegiftum.

ingenio librorum imprimendorum rationem 1440. inventam fuisse ajunt. Hoc tempore in omnes ferè orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas parvo ære comparata à posterioribus infinitis voluminibus legitur. Ejus laudes antea in procœmio operis præhabitæ sunt. Quâ certè nullo dignior, nulla laudabilior aut utilior esse potuit. Quodsi hæc ars effluxis temporibus viguisset, maxima pars operum Titi Livii & Tullius de Republica ac Plinius de bellis Germanicæ aliaque præclara opera malignitate temporum amissa non fuissent. . . .

MCCCCXCIV.

De laudibus Sanctissime matris Anne tractatus perquam utilis *Domini* Joannis Tritemii Abbatis Spanhemensis Ordinis Divi Patris Benedicti.

In fine:

Impressum in nobili civitate Maguntina per Petrum Friedbergensem Anno Virginei partus MCCCCXCIIII. XII. Kalendas Augusti. 8. maj.

In Bibl. B. M. V. ad gradus Mog.

Theoderici Gresemundi Junioris Moguntini lucubraciuncule bonarum septem artium liberalium Apologiam ejusdemque cum Philosophia dialogum & orationem ad Rerum publicarum Rectores in se complectentes. 4.

In fine:

Impressum in nobili civitate Moguntina per Petrum Fridbergensem Anno Virginei partus M. CCCC. XC. IIII.

In Bibl. Francoford.

De Laude Scriptorum. pulcherrimus Tractatus Joannis Trithemii. 4.

Desideratus finis huic perquam eleganti opusculo Faustè imponitur per Petrum Friedbergensem impressorem Moguntinum anno virginei partus MCCCCXCIIII.

In Bibl. monast. Seligenstadt.

De

De laudibus Ordinis Fratrum Carmelitarum Reverendi Patris Domini Joannis Tritemii Spanhemensis Abbatis libri duo. 8. 1494.

In Bibliothecâ Carmelitarum Mog.

In fine:

Impressum Maguncie.

Ejusdem Joannis Tritemii Institutio vitæ sacerdotalis ad Nicolaum presbyterum Mernicensem Treverensis Diœcesis. Extat in Bibl. Carmeli Francoford. compactus cum tractatu de Laude Scriptorum &c. Vid. supra ad h. a. in min. 4.

MCCCCXCV.

Johannis Trithemii liber de proprietate monachorum. in 4.

Subscriptio:

Impressum in nobile civitate Moguntina per Petrum Friedbergensem anno Virginei partus millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.

Ad S. Jac. Moguntiæ.

Ordnung des Kays. Cammergerichts mit allen iren puncten und artickuln, wie solche auf dem Reichstag zu Worms im Jahr M.CCCC. XCV. von Kayser Maximilian den Churfürsten, Fürsten und Stände des Reichs geordnet, gesezt und beschlossen worden. 7. Fol. in fol. min.

Zu Mentz durch Peter Schöffer von Gernszheym im XCV. Jahr. (1495).

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Libellus perutilis de fraternitate sanctissima & rosario beate Marie Virgi- fratris Johannis de Lamheym Canonici Regularis in Kirsgarten prope Wormaciam. in 8.

Sic terminatur:

Desideratus jam pridem finis huic tersissimo opusculo imponitur per Petrum Friedbergensem impressorie artis non ignarum in aurea Magunciа anno humane restauracionis M. CCCC.XCV.

Apud editorem hujus Bibliothecæ.

Explanatio beatissimi Gregorii Pape in septem Psalmos pœnitentiales.
Finit feliciter.

Impressa Maguntie per Jacobum Medembach civem ibidem Anno a partu Virginis salutifero Millesimo Quadringentesimo nonagesimo quinto. die vero pennltimo mensis Marcii. in 4.

In Bibl. Dominican. Francof.

Liber de vanitate & miseria humane vite Dñi Johannis Tritemii Abbatis Spanhemensis. 8.

Ad calcem:

Impressum in nobili civitate Moguntina per Petrum Friedbergensem Anno Virginei partus Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.

In Bibl. Metropol.

Ejusdem Johannis de Trittenhem Abbatis Spanhemensis ordinis S. Benedicti de observantia Bursfeldensi, Liber lugubris. de statu & ruina monastici ordinis. in pergam. klein 4.

In Bibl. Carmel. Francoford.

MCCCCXCVI.

Joannis Trithemii

Oratio de Cura pastorali in Capitulo Generali Abbatum Provinciæ Maguntiæ & Bambergensis habita in cœnobio Selgenstadiensi anno MCCCCXCVI. prima die mensis Maji impressa Maguncie per Petrum de Friedberg. 8.

Ad S. Jacobum Moguntiæ.

MCCCCXCVII.

De laudibus sanctissime Matris Anne tractatus perquam utilis Domini Joannis Tritemii Abbatis Spanhemensis Ordinis Divi Patris Benedicti impressum in nobili civitate Maguntina per Petrum Friedbergensem anno virginei partus 1497. 4. min.

Apud Dominican. Francoford.

Joan-

Joannis Paleonydori liber de ortu Ord. Carmelitarum.

Subſcriptio:

Arte Magiſtri de Friedberg 1497.

In Biblioth. S. Jacobi Mog.

MCCCCXCVIII.

Liber de triplici regione clauſtralium & ſpirituali exercitio monachorum omnibus religioſis non minus utilis quam neceſſarius. Joanne Tritemio Abbate Spanheimenſe emendante opuſculum.

In fine:

Finis adeſt exercitii ſpiritualis clauſtralium per Petrum Friedbergenſem in nobili urbe Maguntina Octava Idus Auguſtias Anno ſalutis MCCCCXCVIII. 4. min.

In Bibl. Dominican. Francof.

Nicolaus Gilles dans ſes annales de France edit. Paris. 1498. ad an. 1458.

Hoc tempore impreſſio librorum reperta fuit in urbe Moguntia, nunquam antehac viſa, ars artium, ſcientia ſcientiarum augens atque illuſtrans innumeros fructus ex libris percipiendos, qui illius beneficio a pauperibus ſcholaribus acquiri poſſunt.

MCCCCXCIX.

Hoc anno typis Venetis editus eſt Polydorus Vergilius, qui lib. II. c. 7. refert: Quidam itaque Germanus nomine Petrus * ut ab ejus conterraneis accepimus, primus omnium in oppido Germaniæ, quam Moguntiam

* Erravit in prænomine Vergilius, cum ſcribere debuiſſet *Joannes*, in poſteriore editione de an. 1517. hæc ſubſtituit: Illud inſuper adde, quod auctores quoque plurimos tam Græcos quàm Latinos ab omni prorſus interitûs periculo vindicavit. Quare tantæ rei auctor non eſt ſua laude fraudandus, præſertim ut poſteritas ſciat, cui divinum beneficium acceptum referre debeat. Itaque Joannes Guthenbergius natione Teutonicus, equeſtri vir dignitate, ut ab ejus civibus accepimus, primus omnium &c. ut ſupra.

Addi-

guntiam vocant, hanc imprimendarum literarum artem excogitavit, primumque ibi ea exerceri cœpit; non minore induſtriâ reperto ab eodem, prout ferunt, auctore, novo atramenti genere, quo nunc literarum impreſſores tantum utuntur.

Oratio querulosa contra invasores sacerdotum. Flaminum: vatum: sacerdotum Gymnophistarum Philosophorum, Druidum in thestipremos conquestio. Petit in 4.

Tel eſt titre de ce rare opuſcule, qui eſt inconnu à tous les bibliographes. La totalité de ce petit volume eſt de 6. feuillets non chifrés & imprimés en lettres Gothique. A la fin de cette oraiſon, qui eſt *adreſſée* au Pape Alexandre (qui aura apparemment été le VI de ce nom) ſuivent 13. vers hexamétres ſur la meme matiere, dont traite l'oraiſon, à la fin des quels on lit en grandes lettres: *Delf in Hollandia*, ſans aucune indication d'année, ni d'imprimeur. Ce petit ouvrage doit aſſurément avoir été imprimé avant 1500. & nous allons rapporter un paſſage de cette oraiſon par le quel on pourra comprendre ce, dont l'auteur anonyme ſe plaint & où l'on trouvera en meme tems un temoignage authentique & contemporain de l'invention de l'imprimerie à Mayence. Voici le paſſage: Duarum nobiliſſimarum artium inventionem pre ceteris nationibus jam pridem meruerat eximiam Germania laudem, quarum altera rei bellice altera philoſophice famularetur. Conſtat enim olim bombardas & noſtris jam temporibus chalchographiam hoc eſt impreſſoriam artem in nobiliſſima Germanie urbe Maguncia fuiſſe repertam.

Momen-

Addimus Jacobi Wimphelingii ao. 1450. in Seleſtadio nati epigramma quod in fine Memoriæ Marſilii ab Inghen Heidelbergæ an. 1499. editæ legitur:

Felix Anſicare (Gensfleiſch) per te Germania felix
omnibus in terris prœmia laudis habet.
Urbe Moguntina, divino fulte Joannes
ingenio, primus imprimis ære notas.
Multum religio, multum tibi Græca Sophia,
et multum debet lingua Latina tibi.

Momentoſum hoc teſtimonium ab ipſomet Batavo & quidem contemporaneo prolatum quis non cenſeat prævalere mendacibus illis Cornelii bibliopegi aſſertis à Junio Bataviæ ſuæ an. 1588 demum inſertis nunquam comprobandis?

MD.

Titi Livii Römiſche Hiſtorien Maintz bey Johann Schœffer 1500.

Ita catalogus librorum Joannis Friderici Krebſii Bibliopolæ Moguntini ao. 1746. divulgatus. pag. 55.

Paulò ſupra ad an. MCCCCXCII. notavimus, quòd primum à Joanne Schoeffer impreſſum librum ad an. MDIII. ponamus. Quodſi illum de an. 500. videre licuerit aut certiorem ejusdem notitiam aliundè acceperimus, lubentiſſimè annum immutabimus.

Joannes Nauclerus in Chronographia edita Tubingæ apud Thomam Anſelmum hoc anno Generat. XLIX. ad an. 1440. =

Circa annum Domini 1440. Friderico III. regnante ars impreſſoria excudendorum librorum ſtanneis formulis apud Moguntiam Germaniæ civitatem primùm cœpit: quod inventum, neſcio an unum ſupra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia ſua vel utilitate efferat. Tot extant hodie trium principalium linguarum auctores, tot fidei Chriſtianæ monumenta, tot inſtaurati hujus inventi gratia libri, ut planè divinitus datum munus reipublicæ crediderim. Debent Germaniæ litteræ, debent auctores boni, quibus hoc opere immortalitas eſt parta. Quam ob rem Philippus Beroaldus & egregiè doctus homo & Germaniæ præcipuè ſtudioſus in illius laudem ait: O Germania, muneris repertrix,

Quo nil utilius dedit vetuſtas,
libros ſcribere quæ doces premendo! &c. &c.

Notatu dignum eſt, pergit p. 38. Schwartzius l. c. In ipſa urbe Argentina, in qua floruerat Jo. Mentelius demum anno 1478. mortuus,

non

non ita diu poſt, nempè an. 1487 & 88. impreſſum fuiſſe Rolevinckii faſciculum Temporum, in quo apertè & unicè tribuitur Moguntiæ laus inventæ Typographiæ...... Argentinenſes Moguntinis ſubſcriptionibus librorum reclamarunt nunquam, ſed potius jam olim Gloriæ Moguntinorum ſuffragati videntur; cum, ſi non ipſi inſeruerint *Faſciculo temporum* teſtimonium pro Moguntinis, certè id vel ab auctore, vel ab alio quocunque inſertum & ſuis typis excuſum, permiſerint per orbem terrarum diſſeminari & ad ſeram transmitti poſteritatem.... Ut igitur Moguntiam de poſſeſſione hujus laudis deturbent Argentinenſes, neceſſe eſt, ut antiquiores libros apud ſe, quàm apud Maguntinos typis exſcriptos in lucem proferant; neque utantur teſtimoniis ejusmodi Chronicorum quorum auctores aliquantùm remotiores ab iſtis temporibus, dum veris falſa & commentitia inſpergunt, Gutembergium & Gensfleiſchium duos fingendo homines &c. &c. &c.

MDI.

Miſſale Moguntinum.

Ita Relationes à Francofordienſibus amicis acceptæ.

Conradus Celtes in libris amorum editis Norimbergæ anno ſubſequente lib. II. eleg. I.

Mens mihi Rhenanam fuerat deſcendere ad urbem,
cui Cia cum Mogana nomina clara dabant.
Quæ docuit ſpretis Germanos ſcribere pennis,
cernitur ut pulchris litera preſſa notis.

Lib. III. eleg. 3. de Rheno fluvio:

Jamque Moguncìacam vaſtus te flectis ad urbem,
quæ prima impreſſas tradidit ære notas.
Qualem ego te memorem? talem qui invenerit artem,
Italicis: Grajis plus memoranda viris.

De

De Norimbergâ Cap. 3.

Ex alterâ autem Moeni ripa, ubi Francofordium & Asciburgum urbes, montesque è regione Maguntinæ urbis, quæ prima sculpsit solidos ære characteres, & versis docuit scribere literis.

MDII.

Psalterium. fol.

Presens psalmorum codex venustate capitalium decoratus rubricationibusque sufficienter distinctus adinventione artificiosa imprimendi ac caracterizandi absque calami ulla exaracione sic effigiatus. & ad eusebiam Dei industrie est consummatus in nobili urbe Maguntina per Petrum Schoffer de Gernzheim. Anno Domini millesimo quingentesimo secundo. in vigilia sancti Thome.

Das gewöhnliche Wappen ist beygesezt in rother Farb.

In Bibl. S. Barthol. Francoford. & in choro Collegiatæ B. M. V. ad gradus Moguntiæ.

Ex hoc ultimo exemplari furtiva manus exscidit folium ultimum, quod supra positam exhibebat subscriptionem finalem. Etiam huic editioni adhibiti sunt priorum editionum de ãis 1457. 1459. & 1490. characteres.

Wimphelingus hoc anno edidit *Germaniam cis Rhenum* Argentorati. ibi pag. 43.

Urbs vestra (Magistratum Argentinensem, cui opus dedicavit, ita alloquitur) plurimùm excellere videtur impressoriæ artis origine, licet in Moguntiaco consummatæ.

Ad hunc locum Meermann. l. c. part. 2. p. 139. Hoc primum omnium testimonium est, quo typographices primordia Argentinæ tribuuntur, ac Wimphelingius apud Alsatos versatus, captare senatus Argentinensis, cui opusculum suum inscripserat, gratiam studuit: dum omnes præcedentes auctores æneos characteres Moguntiæ attribuerunt,

S de

de anterioribus in Alſatia tentaminibus ligneo typo prorſus ſilentes. Ut probaſſe dicit cap. VIII. originum typograph.

§. IV.

Libri ab anno MDIII — MDXXXI à Johanne Schöffer impreſſi.

MDIII.

Mercurius Trismegiſtus de poteſtate ac ſapientia Dei.

Subſriptio:

Deſideratiſſimo Chriſti Jeſu optimi maximi auſpicio vel maxime fretus, extremam ſane quam lepido huic opuſculo manum impoſuit ſpectatiſſimus ille vir, Joannes, cognomento Opilionis, primarius civis metropolitanae urbis Moguntinae, feliciſſima eorum propagine ſatus, qui divinam fere Chalcographiae artem propitiis fatis invenerunt; anno virginei partus MDIII. octavo eid. Aprilis. Proinde lector vale, ſi quidem lecta boni aequique conſulueris: ſin minus, efficiat ſapientiſſimus indulgentiſſimusque parens ille Deus, è veſtigio reſipiſcas. Iterum atque iterum vale humaniſſime lector. Impreſſum atque expletum eſt divinum praeſens opuſculum in nobili urbe Moguntina, artis impreſſoriae inventrice illuminatriceque prima, per Joannem Schoeffer, anno Domini MDIII. in vigilia Palmarum. 8.

Wappen.

In Biblioth. B. M. V. ad Gradus Mog.

MDIV.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus volumine II. hiſtoriæ univerſalis lib. VI. Ennead. X. Venetiis hoc anno divulgato hoc prioribus addit teſtimonium: Per idem tempus libraria impreſſio apud Italos vulgari coepta eſt, res ſane memorabilis nec minore admiratione digna, ſed

multò

multò admirabilior futura, si non adeò vulgari contigisset. Mirum & vix credibile dictu, sed verius vero, tantum literarum uno die opificem unum formare, quantum vix biennio velocissimus queat librarius. Commentum id Theutonicum, fuitque ab initio in multa, ut debuit, admiratione, nec minore quæstu. Pulcherrimi inventi auctor *Joannes Gutembergius* equestri vir dignitate, Maguntiæque restentata est majore quidem fiducia, quàm spe annis circiter sexdecim, priusquam in Italia coepta sit vulgari.

Robertus Fabian in Chronico Anglicano ad hunc annum perducto ad an. 1457.

Hoc anno juxta opinionem complurium scriptorum coepit in urbe Germaniæ, dicta Moguntia, ars imprimendi libros, quæ ab hoc tempore mira accepit incremata.

MDV.

Titus Livius Germanice Versus. 4. maj.

In Dedicatione ad Imp. Maximilianum.

Solich wergk das in der löblichen stadt Mentz gefertigt und getruckt ist, wöll Ewr Ko. M. gnediglich ufnemen, in welcher stadt auch anfengklich die wunderbahre kunst der Truckerey und im ersten von dem kunstreichen Johan Guttenberg, do mann zalt nach Christi unsers herrn geburt, tausend vierhundert und funffzig Jare, erfunden und darnach mit vleiss, kost und arbeijt Johann Fausten und Peter Schoeffers zu Mentz gebesserth und bestendig gemacht ist worden, darum dieselbe stadt nicht allein bey Teutscher nation, sunder auch bey aller welt in ewige zeit (als wohlverdyneth) gepreyst und gelobt solle werden, und dye burger und einwohner doselbst des billig genyssen.

In Bibl. S. Barthol. Francoford.

Diſs iſt die erſte deutſche überſetzung des Titus Livius. *finale:* Gedruckt und geendet in der loblichen ſtadt Mentz durch vleiſs Johan Schoffers buchtrucker daſelbſt am ſechſten tagk des monedts Marcii nach Chriſti unſers herren geburth tauſendt funff hunderth und im funfften Jare.

Die gewöhnliche zwey Wappen.

MDVI.

Chriſtophorus Scheurlinus in libello de laudibus Germaniæ edit. Bononiæ per Benedictum Hectoris an. 1506. ſcribit: Sive Petrus * ſive Gutenbergus anno ſexageſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum ** novam ſcribendi artem, novum atramenti genus excogitavit.

Ex Trithemii epiſtola ad Jacobum Trithemium fratrem data 24. Junii hujus anni lib. II. epiſtol. ad familiares ep. 1.: =

Inopiam librorum veteres allegare potuerunt: nos verò potiùs inopes copia fecit, cum impreſſoria noſtris diebus arte apud Moguntiacum inventa, hodieque per orbem univerſum dilatata, tot veterum atque novorum volumina doctorum veniunt in lucem, ut aere jam modico doctus quilibet eſſe poſſit.

MDVII.

Miſſale Maguntinum.

Sic explicit:

Finit Miſſale Maguntinenſe per venerabiles viros Dominum Johannem Spülmann: & Dominum Johannem Hüttich majoris Eccleſie Maguntinenſis Vicarios: ex commiſſione: felicis recordationis: olim Reverendiſſimi Domini Domini Bertholdi Archiepiſcopi Maguntini reviſum: caſtigatum: diligentiſſimeque emendatum: ſub preſulatu Reverendiſſimi Domini Dni Jacobi Archiepiſcopi Maguntinenſis: per Johannem Scheffer in urbe

* Petrum Schoiffer intelligit.

** Annum initialem debuiſſet ponere circa 1450.

urbe Maguntina hujus artis impressorie inventrice: elimatriceque prima: feliciter consummatum & impressum Kalendis Septembris. Anno Domini Millesimo quingentesimo septimo. fol.

Apud Editorem hujus Bibliothecæ.

Trithemius ad Jacobum Kymolanum 16. Aug. hujus anni. lib. II. ep. 44.

Ars, quam impressoriam vocant, tempore infantiæ meæ apud Moguntiam, metropolim Francorum, inventa, infinita penè & veterum & novorum volumina quotidie producit in lucem.

MDVIII.

Bambergische halsgerichts ordnung. Durch Johann Schœffer mit holtzschnitten. fol. 1508.

Joannes Ulricus Surgant. Manuale Curatorum prædicandi prebens modum. 4.

Finit feliciter liber iste impressus Maguncie per Joannem Schoeffer Anno Dni Millesimo quingentesimo octavo.

In Bibl. monast. Seligenstadt.

Hortulus Elegantiarum Magistri Laurentii Corvini 4.

In fine:

Impressum Maguncie per Joannem Schoeffer Anno Dñi Millesimo quingentesimo octavo.

In Bibl. Francoford.

Astrologorum speculum. in 4.

In fine:

Impressum Maguncie per Joannem Scheffer Anno Dñi Millesimo quingentesimo octavo.

Mit den Wappen.

In Bibl. Francoford.

Directorium Misse. Maguntiæ per Jo. Scheffer. 1508. 4.

Trithemius in libro de septem intelligentiis hoc anno scripto: = circa an. 1450 = His temporibus ars impressoria Moguntiæ metropoli Alemanniæ, inventa est de novo, mirabili industria, munere Divinitatis.

MDIX.

Breviarium Maguntinense novissime impressum. emendatum: ac plurimis luculentissimis additamentis congestum & absolutum feliciter incipit.

Ad calcem libri:

Breviarium secundum ritum inclyte & insignis Ecclesie Moguntine summa cum diligentia castigatum & emendatum. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei: beatissime immaculateque semper virginis Marie ac Divi Martini antedicte Ecclesie & diocesis patroni pientissimi: omniumque sanctorum & sanctarum. Impressum Moguntie impensis & opera honesti & providi viri Joannis Scheffer civis Moguntini. Cujus avus primus artis impressorie fuit inventor & auctor. Anno salutifere incarnationis Domini Millesimo quingentesimo nono in vigilia Nativitatis Marie. in fol.

Apud editorem hujus Bibliothecæ.

Reformation der stadt Franckenfurt am Mayn des heiligen Römischen Reichs Cammer. *Am end:* Gedruckt und volendet durch Johannem Schöffer burger zu Meintz. nach der Geburt Christi tausend fünff hundert und in dem neunten Jare. an dem abent der uffart unsers herrn Jesu Christi. in fol.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Regimen sanitatis. Wie man sich durch alle monath des gantzen Jares mit essen und trincken halten soll und saget auch vom aderlossen.

In fine:

Fridericus Hewman imprimebat Moguntie anno Domini M. D. VIIII.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Passio-

Paſſionis Dominice ſermo hiſtorialis atque preclarus. Venerabilis Domini Gabrielis Biel Artium Magiſtri: ſacre Theologie Licentiati.

Ad finem legitur:

Dominice paſſionis trium partium notabilium ſermo preclarus Domini Gabrielis Biel ſupra notati, qui olim negligenter & ex mendoſo exemplari & ſub falſo titulo impreſſus, poſtea emendatus & in Reutlingen impreſſus anno 1489. Nunc per prememoratum Florentium Diel diligenter reviſus in laudem altiſſimi innovatus, clariusque interſtinctus atque emendatus non modo in ſententiarum quarundam defectibus, verum etiam in Orthographia. Impreſſusque eſt Moguntie per Fridericum Hewman civem. Anno Domini 1. 50. 9. Die 29. menſis Auguſti. explicit. in 8.

In Bibl. Amici.

Enchiridion ſeu Breviarium: ſecundum morem inſignis Eccleſie Moguntinenſis. nec non totius Dioceſis: noviſſime impreſſum: emendatum ac plurimis luculentiſſimis additamentis congeſtum & abſolutum feliciter incipit.

Ad lectorem Tetraſtichon:

Septenas quicunque Deo perſolvere laudes
cogeris: is manibus ſit liber usque tuis.
Namque ſuo monſtrante loco bene queque repoſta
indice comperies: ſis modo mente vigil.

Ad finem:

Breviarium ſecundum ritum inclite & inſignis Eccleſie Moguntine ſumma cum diligentia caſtigatum & emendatum ad laudem & gloriam omnipotentis Dei: beatiſſime immaculate ſemperque virginis Marie ac Divi Martini antedicte Eccleſie & Dioceſis patroni pientiſſimi omniumque ſanctorum & ſanctarum. Impreſſum Moguntie impenſis & opera honeſti & providi viri Joannis Schoffer civis Moguntini. Cujus avus primus artis

artis impressorie fuit inventor & auctor. Anno salutifere incarnationis Domini Millesimo quingentesimo nono. prima die Aprilis. in 8. min.

Wappen.

Extat apud editorem hujus Bibliothecæ.

Directorium Misse de novo perspectum & emendatum. kl. 4.

Impressum Maguntie per Fridericum Hewman anno Domini Millesimo quingentesimo nono. continet folia septendecim.

MDX.

Dies Caniculares, hoc est, Colloquia tria & viginti physica nova & penitus admiranda ac summa jucunditate concinnata &c.

Moguntiæ apud Joh. Theobald. Schönwetter 1510. 4ta Maji.

In Bibl. Dominican. Francof.

Bambergische Halsgerichts und rechtlich Ordenung in peynlichen Sachen zu volnfarn &c.

Getruckt zu Mentz durch Johannem Schöffer auff Laurencii im Jare do man zalt nach der Geburt Cristi fünffzehenhundert und zehen Jare. gr. 4. ap. Editorem.

MDXI.

Breviarium Moguntinum. Moguntiæ 1511.

Catalogus Krebsii Bibliopolæ Moguntini.

MDXII.

Petrus Schoffer Typographus hoc anno feria secunda proxima post Assumptionem Virginis Marie inter vivos adhuc agebat, ut videre est è documento sub num. XXV.

MDXIII.

Missale Moguntinense,

Exactissima cura castigatum sub Archipræsule Moguntino Uriele. fol.

Subscriptio, qualis illa de an. MDVII.

In Bibl. S. Bartholomæi Francoford.

MDXIV.

Titi Livii Römische historie menniglich kurtzweilig und dienstlich zu lesen. Bey Johann Schöffer mit holzschnitten. fol.

Gebethbüchlein gedruckt zu Meyntz durch Johannem Schoeffer 1514. in 8.

In Bibl. Dominican. Francof.

MDXV.

Joannis Trithemii Breviarium Historiæ Francorum.

Subscriptio:

Impressum & completum est praesens Chronicarum opus anno Dni MDXV. in vigilia Margaretae virginis in nobili famosaque urbe Moguntina hujus artis impressoriae inventrice prima per Joannem Schöffer, nepotem quondam honesti viri Joannis Fusth civis Moguntini, memoratae artis * primarii auctoris: qui tandem imprimendi artem proprio ingenio excogitare specularique coepit anno Dominicae nativitatis MCCCCL. Indictione XIII. regnante illustrissimo Rom. Imperatore Frederico III. praesidente sanctae Moguntinae sedi reverendissimo in Christo Patre Domino Theodorico, pincerna de Erpach principe Electore. Anno autem MCCCCLII. perfecit, deduxitque eam (divina favente gratia) in opus imprimendi, opera tamen ac multis necessariis adinventionibus Petri Schöf-

* Chalcographiam, subintellige, artem nempè fundendi litteras, quæ aliàs sculptæ fuerunt, nam Trithemius in Chron. Sponheimensi ad an. 1450. Joannem Guttenberg apertè nominat inventorem Typographiæ.

Schöffer de Gernsheim miniſtri ſuique filii adoptivi, cui etiam filiam ſuam Chriſtinam Fuſthin pro digna laborum multarumque adinventionum remuneratione nuptui dedit. Retinuerunt autem hi duo jam praenominati Joannes Fuſth & Petrus Schöffer hanc artem in ſecreto (omnibus miniſtris ac familiaribus eorum, ne illam quoquo modo manifeſtarent, jurejurando adſtrictis). Quae tandem de anno Dni. MCCCCLXII. per eosdem familiares in diverſas terrarum provincias divulgata haud parvum ſumſit incrementum.

In Bibliotheca Oſteiniana.

MDXVI.

Breviarium Eccleſiæ Oſnabruccenſis.

Finitur.

Hic patet origo artis impreſſorie à quo primo inventa que diu in ſecreto habita. & quomodo poſtea divulgata ſit. Impreſſum & completum preſens Breviarium anno Dni MDXVI. in vigilia Pentecoſtes. In nobili &c. &c. *ut ſupra ad an.* 1515.

Breviarium Eccleſiæ Mindenſis.

Subſcriptio, quæ in Jo. Trithemii Breviarii Hiſtoriæ Francorum editione 1515. reperitur, in hoc breviario Mindenſi repetita eſt.

MDXVII.

Breviarium Moguntinum.

Secundum ritum inclite & inſignis Eccleſie Maguntine ſumma cum diligentia caſtigatum & emendatum ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Beatiſſime immaculate ſemperque virginis Marie ac Divi Martini antedicte Eccleſie & Dioceſis patroni pientiſſimi omniumque ſanctorum & ſanctarum. Impreſſum Maguntie impenſis & opera honeſti & providi viri Johannis Schöffer civis Moguntini, cujus avus primus artis impreſſo-

rie

rie fuit inventor & auctor. Anno salutifere incarnationis Dni Millesimo quingentesimo decimo septimo. in 4.

Cum Insignibus.

In Biblioth. monast. Seligenstadt.

Æneas Sylvius de aulicis miseriis.

Subscriptio:

Excusum est hoc Æneæ Sylvii opusculum per Joannem Schoeffer, typographum sane quam accuratum Moguntiaci, ubi divinum inventum stanneis typis excudendi libros primo natum, pridie nonas Julias M. D. XVII.

Scuta.

Ad S. Jac.

Michael Eysenhard in continuatione Chronici Hermanni Gygantis hoc anno absoluta. p. 152.

Circa annum Domini 1440. ars impressoria librorum apud Moguntiam Germaniæ urbem reperta est non minus utilissima quam ingeniosissima.

MDXVIII.

Maximiliani Imp. privilegium ad impressionem Livii Joanni Schoeffer in Oppido Wels die nona Decembris huc pertinet, idque leges anno MDXIX, quo impressus est Moguntiæ T. Livius.

MDXIX.

Titus Livius.

Patavinus historicus duobus libris auctus cum L. Flori epitome. Indice copioso & annotatis in libros VII. belli Macedon. Cum præfatione Ulrichi Hutteni Equitis ad Albertum Cardin. Archiep. Mog.

Moguntiæ in ædibus Joan. Schoeffer. fol.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Imp. Maximiliani privilegium pro imprimendo Livio datum in Oppido Wels 9. Dec. 1518. ſic:

Maximilianus &c. honeſto noſtro & ſacri Imperii fideli nobis dilecto Joanni Scheffer Chalcographo Moguntino gratiam noſtram Cæſaream & omne bonum. Cum ſicut docti & moniti ſumus fide dignorum teſtimonio, ingenioſum Chalcographiæ auctore avo tuo, inventum felicibus incrementis in univerſum orbem promanaverit... proinde volentes Tibi tum ob avum tuum, tam omni vel ob hoc divinum inventum favore & commendatione dignum ſuccurrere... omnibus Chalcographis inhibemus....

Huttenus in præfatione ad hunc librum.

Auctus nuper recuperata quadam minime contemnenda ſui parte Livius, cum ſecum ipſe conſultaret, ubi & cujus ſub inſcriptione in lucem exiret, hanc noſtram ſibi elegit auream Moguntiam. Si vel locum voluit Livius aliquem ſuo decorare egreſſu, quem debuit urbi artis omnium, quæ usquam ſunt, aut unquam fuerunt, præſtantiſſimæ inventrici ac alumnæ (impreſſoriam puto, quam hæc dedit) præferre?

Erasmus Roterodamus in præfatione ad Livii editionem.

Si laudem haud quaquam vulgarem meruerunt olim, qui Origeni & Hieronymo notarios ac membranas ſuppeditarunt, quantum laudis debetur typographorum officinis, quæ nobis quotidie bonorum voluminum effundunt examina, idque minimo pretio? Si Ptolomæus ille Philadelphus memoriam apud poſteros ſibi paravit immortalem ob bibliothecam Alexandriæ comparatam, inſignem quidem illam ac locupletem, ſed tamen unam: quid procemii debetur iis, qui nobis quotidie totas bibliothecas, totosque, ut ita dixerim, librorum mundos in omni genere linguarum ac literarum ſubminiſtrant? Atque hujus quidem laudis præcipua portio debetur hujus, pene divini dixerim, opificii repertoribus, quorum princeps fuiſſe fertur totius ævi memoria celebrandus Joannes Fauſt,

avus

avus ejus, cui Livium hunc, tum auctum duobus voluminibus, tum innumeris locis ex Codice vetustissimo castigatum debemus, ut hoc egregium decus partim ad Joannem Scheffer velut hœreditario jure devolvatur, partim ad Moguntiacæ civitatis gloriam pertineat.

Nicolaus Carbachius in epistola eidem Livio subnexa.

Joannes Scheffer Chalcographus, à cujus avo chalcographe in hac primum urbe inventa exercitaque est, quam ex bibliotheca ædis Moguntinæ maximæ ac Metropolitanæ perquam vetustum nactus esset codicem Longobardicum &c.

MDXIX.

Ratio seu methodus compendio perveniendi ad veram Theologiam per Erasmum Roterodamum ad Albertum Principem Cardinalem & Archiepiscopum Moguntinensem. Apud auream Moguntiam. in 8. min.

In fine:

Apud auream Moguntiam per Joannem Scheffer An. M.D.XIX. inter regni vero mense quinto.

Ulrichi de Hutten Eq. de Guajaci medicina & morbo Gallico liber unus.

In fine:

Moguntiæ in ædibus Joannis Scheffer mense Aprili interregni verò quarto anni M.D.XIX. Cum privilegio Cœsareo Sexennii. in 4.

In Bibl. Metrop.

Joannes Aventinus in Annalibus Bojis lib. VII. ad an. 1450.

„Hoc anno magnum ac verè divinum beneficium Joannes Faustus, „Germanus, civis Moguntinus, generi humano contulit, novum „scribendi genus haud dubiè cœlitus revelatum (quod Chalcographiam „excusoriam, impressoriámque vocare solent) invenit & biennio complevit.“ Consuluit pater indulgentissimus honestis literis, authoribus præclaris, de quibus actum fuisset; ita torpore languescimus, adeò delicati

 sumus

ſumus fugitantesque laborum: tantum literarum uno menſe ab uno homine imprimitur, quantum uno anno a pluribus ſcriberetur. Quod Campanus Aprutinus Pontifex, uno verſu elegantiſſimè ſcripſit: Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno. Hinc indies magis ingenia vigent, ſtudia literarum floreſcunt, copia librorum parvo ære egenis ſuppetit, omnes ad capeſſandas præclaras artes tanta librorum commoditate alliciuntur. Hoc cœleſtiſſimum munus à Fauſto & Petro Schoeffer de Garensheim genero ſuo, cui unicam filiam Chriſtinam deſponderat, inter ſecreta, adactis omnibus ſociis ad fidem jurisjurandi religione, habitum, decimo poſt anno Fauſti miniſter, Joannes Gutenberger Argentoratenſis in Germania vulgavit. Municipes hujus Ulricus Han, hoc eſt, *Gallus*, Xyſtus Reſius Romæ Italiæque intulêre &c. *

MDXX.

Collectanea Antiquitatum in urbe atque agro Moguntino repertarum. fol. cum figuris.

Cum Gratia & privilegio Imperiali ad ſexennium. M. D. XX. Jo. Huttichius collectionem hanc dicavit Theodorico Zobel Jurisconſultiſſimo, maximæ ædis Moguntinæ Scholaſtico.

In fine legitur:

Sunt adhuc Moguntiæ non paulo plura fragmenta; quæ ex induſtria neglexímus: ne corroſa illa: detrita: & vetuſtate conſumpta lectori nauſeam objiciant. Tu lector vale: & bene optes ei: antiquitates has qui conlegit. Ex ædibus Joannis Schoeffer Moguntini. Anno Chriſti. M. D. XX. menſe Martio.

Con-

* Joannes Gutenberg malè vocatur Argentoratenſis & Fauſti miniſter, Garnesheim pro Gernsheim ponitur &c.

Conſtat opus foliis XXII. & utraque paginâ impreſſis. Confer. Crevenna Tom. V. pag. 237.

Extat in Bibliotheca Metropol. Mogunt. & apud editorem hujus Bibliothecæ, nec non in Bibliotheca Zapfiana.

Ulderichi Hutteni equitis Germani Dialogi, ſcilicet: Fortuna; Febris prima; Febris ſecunda; Trias Romana & inſpicientes.

Moguntiæ ex officina libraria Joannis Scheffer menſe Aprili 1520. in 4. Vid. Cl. Crevenna Tom. I. p. 121. de Bure. Vogt & Freytag.

Peutingeri, Conradi, Auguſtanæ Urbis Inſcriptiones vetuſtæ Romanæ. fol. cum fig.

Hic integer libri titulus:

Inſcriptiones. vetuſtæ. Roman. et earum fragmenta. In Auguſta Vindelicorum. & ejus Diœceſi. Cura & diligentia Chuonradi Peutinger. Auguſtani. Juris Conſuti. antea impreſſæ. nunc denuo reviſæ. Caſtigatæ. ſimul & auctæ. Ex ædibus Joannis Schoeffer Moguncíaci, Anno Chriſti. 1520. menſe Auguſto.

Prima hujus libri editio prodiit Auguſtæ Vindelicorum VIII. Kls. Octobris M.D.V. per Erhardum Ratdolt. in fol. Vid. Cl. Zapfii Annal. Typographiæ Auguſtanæ p. 50. Prima & ſecunda extant in Bibliotheca Zapfiana.

Acceſ-

Acceſſus altaris. Libellus in 12. majori, conſtans pagellis octo. Moguntiæ per Petrum Schoeffer. 1520.
In Bibl. ad S. Bartholomæum Francofurti.

Miſſalis Moguntiaci hoc preſens & luculentum profecto & divinum opus poſterisque diebus non reprehenſibile unquam: Contemplatione reipublicæ eccleſiaſtice altiſſimi opitulamine gnavorum lucubrationibus uberrimè caſtigatum. fol.

Deſinit:

Pridie Kal. Maji anno à Chriſto nato ſupra milleſimum & quingenteſimum vigeſimo.
In Carmelo Mogunt.

Eraſmi Roterodami Paracleſis id eſt, Adhortatio ad Chriſtianæ Philoſophiæ ſtudium. Moguntiæ in ædibus Joannis Schæffer. 1520. 8.
In Bibl. Carmeli Francoford.

Eraſmi Roterodami breviſſima conſcribendarum epiſtolarum formula 1520. 8.
In Bibl. Carmeli Francoford.

MDXXI.

Enchiridion militis Chriſtiani apud Joannem Schoeffer. 1521. in fol. maj.
In Bibl. Dominic. Francof.

Maintziſche Hofgerichtsordnung. Mentz bey Joannes Schoeffer. 1521.
In Bibl. S. Jacobi Mog.

Guntherus (Petrus) de arte Rhetorica libri duo, eloquentiæ Candidatis mire utiles futuri & brevitate præceptionum & exemplorum varietate.
Moguntiæ excuſi in officina libr. Joann. Schoeffer 1521. 4.
In Bibl. S. Barthol. Francof.

Eraſmi

Erafmi Roterodami de ratione legendi & interpretandi.
In Bibl. Auguftinian. Mog.

Erafmi Roterod. parabolæ.
In Bibl. B. M. V. ad Gradus Mog.

Reginonis monachi Prumienfis Annales non tam de Auguftorum vitis, quam aliorum Germanorum geftis & docte & compendiofe differentes ante fexingentos fere annos editi —

In fine:

Chronicorum five Annalium Reginonis Prumienfis Cœnobii Abbatis a Chrifti Nativitate usque ad Ottonem fecundum.

Finis.

Moguntiæ in ædibus Joannis Schoeffer menfe Augufto anno MDXXI. in fol. min.
Apud Capucin. Mog.

Erafmi Roterod. ratio feu methodus compendio perveniendi ad veram Theologiam. ex accurata authoris recognitione.
Moguntiæ ex ædibus Jo. Schoeffer 1521. 8.

Ejusdem Paraclefis id eft adhortatio ad fanctiffimum ac faluberrimum Chriftianæ Philofophiæ ftudium ut videlicet Evangelicis ac Apoftolicis literis legendis, fi non fola, faltem prima cura tribuatur. 12. Fol. in 8.
Moguntiæ ex officina Jo. Schoeffer 1521.

Ejusdem querela pacis undique gentium ejectæ, profligatæque. 35. Fol. in 8.
Moguntiæ in officina Jo. Schoeffer 1521.
Ad S. Bartholomæum Francofurti.

MDXXI.

Reginonis Monachi Prumienfis Annales non tam de Auguftorum vitis, quàm aliorum Germanorum & docte & compendiofe differentes ante fexingentos ferè annos editi.

Cum privilegio Imperiali. Moguntiæ in ædibus Joannis Schäffer menſe Auguſto anno 1521. in fol.

Vogt in Catal. libr. rar. p. 571. animadvertit: Editio omnium prima, nitidiſſima & rariſſima, quam celeberrimus Coburgenſium Antiſtes Jo. Gerh. Meuſchenius Hagæ Comitum ex auctione Marci Meibomii pretio XXV. florenorum ſibi comparavit. Sebaſtianus de Rotenhan Eques auratus hiſtoricum hunc è pulveribus eruit, Carolo V. nuncupavit & circa operis calcem quædam adjecit ad ejus propriorem agnitionem facientia. Subjuncta etiam ſunt in fine effigies generoſiſſimi Rotenhanii ejusque inſignia nitidiſſimè ſculpta. Recenſet hanc editionem Cl. Ludov. Salom. Eyringius in *vita Sebaſt. de Rotenhan* Jenæ 1739. in 4. edita p. 14. ſeq. qui & privilegium Imperatoris, quo editio hæc munita eſt, plenum elogiorum Rotenhanii ut & dedicatoriam epiſtolam, itemque litteras Rotenhanii ad Wolfg. Fabricium Capitonem de vita Reginonis in Schediaſmate ſuo recuſas exhibet.

MDXXII.

In dictum Apoſtoli: Oportet & hæreſes eſſe &c. Sermo Joannis Chryſoſtomi interprete Jo. Oecolampadio. Moguntiæ Anno M. D. XXII.

In fine:

Moguntiæ ex ædibus Joannis Schöffer menſe Aprili anno M. D. XXII. 4.
In Bibl. Metropol.

Plutarchi Cheronei opuſcula quædam longè utiliſſima &c. Moguntiæ excudebat Joannes Schoeffer menſe Martio 1522. 8.
Apud Dominican. Francof.

Eraſmi Roterodami paraphraſes in epiſtolas Pauli.

Subſcriptio:

Moguntiæ apud Jo. Schoeffer menſe Auguſto An. M. D. XXII.
In Bibl. S Jacobi Mog.

Enco-

Encomium matrimonii & artis Medicæ per Erasmum Roterod. Moguntiæ MDXXII. 8.

In fine:

Moguntiæ apud Joannem Schoeffer menſe Aprili Anno M.D.XXII.
In Bibl. Francoford.

Eraſmi Roterodami Novum Teſtamentum. Moguntiæ 1522. 8.
In Bibl. Seminarii.

MDXXIII.

Pſalterium juxta Hebraicam veritatem Divo Hieronymo interprete. 12.
Extat in Bibliotheca Carmeli Francofordienſis.

MDXXIV.

S. Proſperi presbyteri Aquitanici adverſus inimicos Gratiæ Dei &c.
Epiſtola Aurelii Carthaginenſis Epi. contra Pelagianos.
Romanorum Pontificum auctoritas de Gratia Dei pro Proſpero adverſus Pelagianos.

Moguntiæ cum privilegio Imperiali. in 4.

Finis.

Joannes Schoeffer Calcographus Lectori ſalutem.

. . . . proinde ego quoque ne à materno avo meo Joanne Fauſt & cariſſimo mihi patre Petro Schoeffer Moguntinenſibus civibus degenerarem, qui Calcographicen primi omnium in hac urbe & invenerunt & exercuerunt non tam commodis ſuis, quam publicæ utilitati conſulentes, pro virili parte ſemper elaboravi, ut eam artem quoad poſſem, proveherem & vetuſtiſſima quæque exemplaria ex pulverulentis Bibliothecis eruerem, legendaque volentibus ex officina mea emitterem, id quod in hoc opuſculo S. Proſperi ex antiquiſſimo exemplari deſcripto facere ſtudui, quam ſi placuiſſe legentibus ſenſero, animabor ad alia item perquirenda multo vel meliora vel rariora, præcipue vero quæ religioni chri-

ſtianæ imprimis neceſſaria eſſe putavero. Moguntiæ nonis Septembris M. D. XXIIII.

In Bibl. monaſt. Seligenſtad.

Quatuor Evangeliorum Conſonantia ab Ammonio congeſta & à Victore Capuano Epiſcopo translata.

Subſcriptio:

Moguntiæ in Ædibus Joannis Schoeffer Anno ſalutis M. D. XXIIII. menſe Februario.

In Bibl. S. Jacobi Mog.

MDXXV.

Canones Apoſtolorum, veterum Conciliorum Conſtitutiones, Decreta Pontificum antiquiora, de primatu Romanæ Eccleſiæ. in fol.

Finale.

Impreſſa Moguntiæ in Ædibus Joannis Schoeffer Anno Domini M. D. XXV. menſe Aprili.

In Bibl. Dominican. Francof.

MDXXVI.

Abschiedt des Reichstags zu Speyer Anno 1526. gehalten, gegen dem Original collationirt, auſcultirt und ſubſcribirt.

In fine:

Gedruckt zu Meintz durch Johan Schöffern. fol. min.

In Metropol. Bibliotheca.

Nauſeæ Friderici Blanci campiani Homiliæ in communes aliquot Evangeliorum locos. 1526. 8.

In Bibl. S. Bartholomæi Francoford.

Ex relatione anonymi de inventione Typographiæ, quæ ſubjecta eſt Alfonſi de la Torre viſioni delectabili, in linguâ hiſpanicâ ſcriptæ atque excuſæ Hiſpali per Jacobum Cromberger Germanum & Joannem Cromberger an. 1526. fol.

Ubi

Ubi & à quo inventa fuerit ars imprimendi libros & quo anno divulgata?

Itaque inventa fuit in Germania, in civitate, quæ dicitur Maguncia, quæ ſita eſt ſupra magnum flumen, quod dicitur Rhenus, quæ civitas caput eſt Archiepiſcopatus. Invenit eam nobilis civis ditiſſimus hujus civitatis, qui nominabatur Petrus Fueſt. Divulgata fuit dicta ars anno Domini milleſimo quadringenteſimo & vigeſimo quinto. Et poſtea anno milleſimo & quadringenteſimo & trigeſimo primo controverſia inter duos Archiepiſcopos: & qui non poſſidebat, certo modo obtinuit a quibusdam civibus dictæ civitatis, ut ſibi portam aperirent in nocte ſancti Simonis & Judæ, & cum ſuis intravit, occiditque quaſi omnes homines dictæ civitatis: tanta fuit coedes, ut per vias ſanguis decurreret, quaſi aqua cum pluit. Tunc occiderunt hunc memorabilem virum Petrum Fueſt, cujus anima gloriam obtineat cum omnibus commemoratis. Amen. *

MDXXVII.

Friderici Nauſeæ Blanci campiani pro ſacroſancta Miſſa adverſum hæreticos & ſchiſmaticos miſcellaneæ.

Moguntiæ Anno M.D.XXVII. 4.

In Bibl. Dominic. Francof.

Apologetica ſcripta cum nonnullis aliis eodem pertinentibus.

Moguntiæ in Ædibus Joannis Schoeffer nonis Septembris Anno M.D.XXVII. Regnante inviɛtiſſimo Romanorum Cæſare Carolo ejus nominis Quinto. 4.

In Bibl. præfata.

* Ex Meermanno pag. 163 cui paſſum hunc Gregorius Majanſius ſubmiſit. Cœterùm ex eo diſcimus, quod etiam in remotiſſimis Europæ provinciis fama divulgaverit, Artem Typographicam Moguntiæ eſſe inventam. Errores alii hiſtorici ex ſupra allatis facilè corrigendi.

Rivallius J. C. (Aymar) civilis hiſtoriæ juris ſive in XII. tab. leges commentariorum libri quinque.

Hiſtoriæ item Juris Pont. liber ſingularis.

Moguntiæ apud Joann. Schoeffer 1527. fol.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Pro Divo Carolo ejus nominis Quinto Rom. Imp. . . . in ſatisfactionem eorum quæ in illum ſcripta . . fuêre Apologetici libri duo nuper ex Hiſpaniis allati &c.

In fine:

Excuſa ſunt hæc Apologetica ſcripta . . . Moguntiæ in Ædibus Joannis Schöffer nonis Septembr. Anno M. D. XXVII. regnante inviƈtiſſimo Romanorum Cæſare Carolo ejus nominis Quinto. *in quarto min.*

In Bibl. Metrop.

MDXXVIII.

Necdum libros hoc anno Moguntiæ impreſſos reperimus; horum vices ſuppleant inſignia Joannis Schöffer anno priori Aymarivallio & ſequente Friderico Nauſeæ Blanci Campiano adpoſita.

MDXXIX.

P. Candidi Decembrii hiſtoria Romana Appiani.

In fine:

Impreſſa Moguntiæ in Ædibus Joannis Schæffer à cujus avo chalcographia olim in urbe Moguncіaca primum inventa exercitaque eſt. Anno MDXXIX. Idibus Auguſti.

In Bibl. Capucin. Mog.


Conf. Köhler ehrenrettung Gutenbergs. p. 50.

Nauſeæ Friderici . . . contra univerſos Catholicæ Fidei adverſarios in Symbolum Apoſtolorum . . . cum fig. 4.

Moguntiæ apud Jo. Schoeffer 1529.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Juſti-


AYMA-
RIVAILII ALLO-
brogis, Iureconsulti eruditissimi
eloquentissimiq;, Ciuilis histo-
riæ Iuris, siue in XII. Tab.
Leges cōmentariorū
libri quinq;.

Historiæ item Iuris Pont.
liber Singularis.

MOGVNTIAE
ANNO M. D. XXVII.
Cum gratia & priuilegio
imperiali

T. Beyer delin.



FRIDERI=
CINAVSEAE BLAN=
cicampiani inſignis eccleſiæ
Moguntine eccleſiaſtis cō
trauniuerſos Catholi
cæ fidei aduerſarios
in ſymbolū Apo
ſtolorum Ca
tholica.

I. PET. III.

Sitis autem parati ſemper ad reſpon
dendum cuilibet, poſcenti uos ratio=
nē de ea, quę in uobis eſt, ſpe & fide.

MOGVNTIAE. ANNO
M D. XXIX.

F. Kirsner Sculp.

Justiniani Institutionum sive Elementorum Jurisprudentiæ libri IV. in 12. Moguntiæ per Joann. Schoeffer III. Kal. Martii. Anno Domini MDXXIX.

In Bibl. Dominican. Francof.

Abschiedt des Reichstags zu Speyer anno M. D. XXIX. gehalten.

In fine:

Gedruckt zu Mentz.

In Biblioth. Metrop. fol. min.

Andreas Althamerus in Scholiis ad Taciti Germaniam Norimbergæ 1529. excusis:

At quem fugit, quanta interim facta sit mutatio omnium populorum, rituumque, quod Germania, ut quæ olim literarum disciplinis erat inculta, agrestibusque populis horrida, ædificiorum tenuitate ac mera rusticitate referta, nunc nulla non parte sit florentissima, ingeniisque præclaris fœcundissima. Quæ dona cui accepta referam, nisi Deo opt. max. atque item mortalium industriæ, quæ divinum illud excudendorum librorum stanneis formulis inventum apud Germanos nostros excogitavit, quod Moguntiaci coepit, post incarnationem Jesu Christi Servatoris nostri M. CCCC. XL.

MDXXX.

Caji Julii Cœsaris des Grosmächtigen ersten Römischen Keysers historien von Gallien und der Römer burgerliche Krieg; so er selbst beschriben, nu durch sondere grosse manheyt seiner ritterlichen tugent gefüret hat. Allen rittermessigen gewaltigen Regierern der landt und stett, darzu andern gemeynes stands vast nützlich unnd fruchtbarlich zu lesen, dem rechten waren latein nach von newem besichtiget, an viele orten gebessert, auch so vormals auszgelassen wider hiezu gethon.

In

In fine:

Getruckt zu Meyntz durch Johannem Schöffer im Jar nach der geburt Christi unsers herrn tausend fünffhundert und dreyssigstem im Septemb. fol. *mit figuren.*

Auf dem lezten blatt ist des Johann Schoeffers Symbolum mit den Schäffern.

In Bibl. monast. Amorbach.

Die lehen recht verteutscht: auch inn eyn newe und richtige ordnung der titel gesatzt und zusammen bracht. mit erklerung und auslegung etlicher lateinischer und welscher wort, welch nit füglich inns teutsch haben verändert mögen werden.

In fine:

Getruckt zu Meyntz durch Johannem Schöffer im Jar nach der mensch werdung Christi unsers herrn M. D. XXX. den XXIIII. tag des Mertzen. 4.

In Bibl. Osteiniana.

Friderici Nauseæ Blanci campiani inclitæ Ecclesiæ Moguntinæ Ecclesiastis in gloriosissimam Deiparam virginem Mariam panegyricus.

Moguntiæ ex ædibus Joannis Schoëffer mense Martio anno M. D. XXX. 8.

In Bibl. Dominican. Francof.

Placentini Jurisconsulti vetustissimi de varietate actionum libri sex. Item Rogerii compendium de diversis præscriptionibus.

Moguntiæ Anno M. D. XXX.

Wappen.

Compendii sive summæ Rogerii de diversis præscriptionibus deque sententiis veterum quorundam Jurisconsultorum antinomocis &c.

Finis:

Moguntiæ ex ædibus Joannis Schoeffer. mense Februario anno M. D. XXX. 8. In Bibl. Augustin. Mog.

Vale-

Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium libri novem.
Moguntiæ apud Joannem Schoeffer menſe Januario Anno Chriſti 1530. 12. maj.
In Bibl. Dominican. Francof.

Aymari Rivallii Allobrogis... in XII. Tab. leges.
Moguntiæ anno M. D. XXX.

Das Schoefferiſche Beyzeichen.

In fine:

Moguntiæ apud Joannem Schoeffer menſe Februario anno M. D. XXX. 12.

Das Fuſt und Schoifferiſche Wappen.

In Biblioth. Metrop.

Plutarchi Cheronenſis opuſcula quædam longè utiliſſima &c. Moguntiæ an. M. D. XXX. 12.

Ad finem:

Moguntiæ excudebat Joannes Schæffer menſe Julio poſt natum Chriſtum anno M. D. XXX.

Wappen.

In Carmelo Mogunt.

Ex annotationibus ad S. Hieronymi epiſtolas edit. Lugd. typis Gryphianis anno iſto:

Huic urbi (Moguntiæ) omnes bonarum literum Studioſi non parum debent, ob egregium illud ac penè divinum inventum, ſtanneis typis excudendi libros, quod illic natum affirmant.

§. V.

Libri ab an. MDXXXI — MDLVIII. ab Ivone Schoeffer & aliis impreſſi.

MDXXXI.

Kaiſerliche Policei ordnung. Mentz durch Johann Schöffer. 1531. fol.
In Bibl. S. Jacobi Mog.

Furno S. R. E. Cardin. (Vital. de) pro conſervanda ſanitate tuendaque proſpera valetudine totius humani corporis morbos & ægritudines ſalutarium remediorum curationumque liber utiliſſimus, jam primum è tenebris erutus. Cum rerum & verborum indice. fol.

Moguntiæ apud Ivonem Schoeffer 1531.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Ruperti Abbatis Tuitienſis opera. Mogunt. 1531.

In Bibl. Auguſtinian. Mog.

Nauſea Frider. Epiſc. Vienn. De præcipuo hujus anni poſt Chriſtum natum M. D. XXVIII. apud Moguntiam terræ motu reſponſum. 8. fol. in 4.

Moguntiæ per Ivonem Schoeffer. 1531.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Abſchiedt des Reichstags zu Augsburg anno M. D. XXX. gehalten.

Romiſcher Keyſerlicher Majeſtat ordnung und Reformation guter Pollicei im heyligen Römiſchen Reich anno M. D. XXX. zu Augſpurg uffgericht.

In fine:

Gedruckt zu Mentz durch Joannem Schöffer im Jar M. D. XXXI. fol. min.

Extat in Bibl. Metropol.

Die acht bücher des hochberümpten Aurelii Cornelii Celſi von beyderley Medicine &c.

In fine:

Getruckt zu Meyntz durch Joannem Schöffer im Jar nach der geburt Chriſti unſers Seligmachers M. D. XXXI. uñd volendt auff den vierstzehenden tag des Mertzen. fol. min.

Wappen. Die Schoeffer.

In Bibl. Metropol.

Com-

Compendii ſive ſummæ Rogerii de diverſis præſcriptionibus &c. vid. annus præcedens. in 8. MDXXXI.

In Bibl Auguſtin. Mog.

Donatus. Magnis litteris Gothicis impreſſus 4. *cum inſignibus.*

In fine:

Moguntie anno MDXXXI. In Bibl. Seminarii Mog.

MDXXXII.

Die vier bücher Sixti Julii Frontini des conſulariſchen manns von den guten räthen und ritterlichen anſchlägen der guten hauptleüth. Onexander von den kriegshandlungen und räthen der hocherfarn guten hauptleuth ſampt iren zugeordenten. Die leere ſo Kayſer Maximilian inn ſeiner erſten jugendt gemacht, unnd durch eyn trefflichen erfaren mann ſeiner kriegsräth im zugeſtelt iſt. Regiſter am endt des buchs, alles innhalts inn Frontino und Onexandro begriffen. fol. mit holtzſchnitten.

In fine:

Gedruckt zu Meyntz bei Ivo Schöffer imm Jar nach der geburt Chriſti unſers herrn M.D.XXXII. am ſechtzehenden tag des Mertzen.

In Bibl. Francoford.

Nauſea Fridericus Epiſcopus Viennenſis. Chriſtliche Einrede in die vermeinte new Reformation und Kirchenordnung, ſo jüngſt von etlichen newen ſecten zum theil anhengig on tittel gemacht, beſchehen. 44. Fol. in 4.

Auf dem titelblatt und den folgenden zwo ſeiten iſt das Kurfurſtl. unnd des ganzen mainzer Domcapitel wappen in holzſchnitten abgedrukt.

In fine:

Gedruckt zu Meynz bey Peter Jordan und vollendet am XVII. tage des Augstmons im Jar nach Chriſti gebürt M.D.XXXII.

In Bibl. S. Barthol. Francoford.

Hadrianus Barlandus in libro hiſtoriarum quem ad h. a. perduxit. Ad an. 1440. = Frederico tertio regnante ars impreſſoria eſt inventa apud Moguntiam Germaniæ civitatem = Philippus Melanchton in editionibus recentioribus Joannis Carionis: Anno quadrageſimo ſupra mille quadringentos eo ipſo ſcilicet, quo Imperium iniit Fridericus, inventum eſt, ſagacitate & ſolertia Germanorum, artificium typographicum excudendi libros charaſteribus ex metallo nigri cinereique plumbi, æris & ſtibii conflatis, Moguntiâ primos libros excudente &c. =

Paulus Langius in Chron. Numburgenſi ad an. 1453. = Circa id tempus ars imprimendi libros primùm in Germania Moguntiæ per Petrum * Gutenbergium equeſtris ordinis virum, reperta eſt.

Idem in Chron. Citizenſi ad an. 1454. = Circa id tempus ars imprimendi libros primùm in Germania exorta eſt Moguntiæ per Petrum * Gutenbergum, equeſtris ordinis virum, qui ſolertiſſimo ingenio novam ſcribendi artem ſimul & novum atramenti genus, quo impreſſores tantùm utuntur, excogitavit. Magnum certè ac verè divinum munus. Tantum enim uno die ab uno homine literarum imprimitur, vel, ut latiniùs loquar, formis excuditur, quantum toto anno à pluribus ſcribi non potuiſſet; quod uno verſu Campanus ille diſertiſſimus Aprutinus Pontifex elegantiſſimè expreſſit: Imprimit ille die, quantum non ſcribitur anno. Prædiſtis quadrat illud Germani Poëtæ; ita enim per quandam excellentiam Doſtorem Sebaſtianum Brant appellare ſoleo:

Nuper ab ingenio Rhenanæ Gentis & arte
librorum emerſit copia larga nimis.
Et qui divitibus vix Regi obvenerat olim,
nunc liber in tenui cernitur eſſe caſa.

Gratia

* pone: Joannem.

Gratia Diis primùm, mox impreſſoribus æqua
gratia, quorum opera hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos Italosque peritos
ars nova, Germano venit ab ingenio.

MDXXXIII.

Titi Livii des aller redtſprechſten unnd hochberühmpſten geſchicht ſchreibers Römiſche hiſtorien mit etlichen newen translation aus dem latein, ſo kurtz verſchinen Jaren zu Meyntz im hohen Thumbſtifft, ſampt nun dem vierdten theil der Römiſchen hiſtorien aus fünff lateiniſchen büchern Livii, jezt newlich im cloſter (Lorſs genant) erfunden, gemeinen nutz zu gut hie zu gethon im M. D. XXXIII. Jar verteutſcht, zwey durch Nicolaum Carbachium die ander drei durch Jacobum Micyllum. &c.

Gedruckt zu Meyntz durch Ivonem Schöffer.

Mit keyſerlicher freyheyt. im Jar M. D. XXXIII. fol.

Am end:

Gedruckt inn der löblichen und churfürſtlichen ſtatt Meyntz durch Ivonem Schöffer. Vollendet am XXVIII. tag des monats Martii als man zalt nach der Geburt unſers lieben herren Jeſu Chriſti M. D. XXXIII. Jar.

Das Schœfferiſche Wappen mit den Schœffern.

In Bibl. Metropol.

Kaiſer Carl des Vten peinliche Gerichts ordnung.

In fine:

Gedruckt zu Meintz bei Ivo Schöffer. als man zahlt nach der Geburt Chriſti unſers herrn M. D XXXIII. Jar. im monat Hornung.

Das Schœfferiſche Wappen.

In Bibl. S. Jacobi.

Von den übertrefflichiſten unnd berümptiſten frawen, zwölff inn der gemeynd, unnd zwölff inn ſunderheyt gezelt, ſampt iren rümlichen

 thatten,

thatten, mit vil lobwirdigen und ſchönen hiſtorien, von welchen Euſebius, Plutarchus, unnd andere &c. inn iren hiſtorien gedechtnuſs thun, welches büchlein biſsher verdunckelt gehalten worden, unnd aber durch den hoch achtbaren Herrn Johann Pfeiffelmann Würtzburgiſchen Secretario &c. aus dem latein inn Teutſch transferirt und fürter durch Johann Haſelberg dem gemeynen nuz zu gut an das licht bracht unnd inn druck verordnet 1533.

Cum Gratia & Privilegio C. M. in 4. mit holtzſchnitten.

In fine:

Getruckt zu Meyntz durch Ivo Schöffer inn koſten unnd namen des erbern Johann Haſelberg von Reichenow imm Jar Funffzehen hundert und drei und dreiſſigſten.

In Bibl. Francoford.

MDXXXIV.

Biblia Sacra Germanica. von Joh. Dietenberger.

In fine:

Getruckt in der Ertzbiſchofflichen ſtadt Meintz bey Peter Jordan in koſten und verlegung des erſamen unnd achtbaren herren Peter Quentels burger und buchtrucker zu Köllen: und ſeliglich vollendet am ſiben und zwentzigsten tag des brachmonats. nach Chriſti unſers lieben herrn und ſeligmachers geburt im funffzehen hundertſten und vier und dreyſſigſten Jar. fol.

In Bibl. monaſt. Amorbach.

Chriſtophori Heyll Medici, artificialis medicatio ſeu paraphraſis in Galeni librum de Artis Medicæ conſtitutione. Accedunt Bertruſii Bononienſis methodi cognoſcendorum morborum. Opuſcula quædam Joannis de ſancto Amando: de idoneo auxiliorum uſu, nec non index in Mesvæi & Nicolai Antidotaria.

Moguntiæ apud Ivonem Schoeffer 1534. in 4.

Bure p. 302. nro 1163.

Æſopi

Æſopi Phrygis & aliorum fabulæ &c.

Moguntiæ apud Ivonem Schoeffer menſe Martio anno poſt natum Chriſtum M. D. XXXIIII. in 8.

Apud Dominicanos Francof.

Ein new erfunden Sonnen uhr durch den ſchatten des menſchen. die gleychen ſtunde des tags ſampt den ungleychen ſtunden der planeten on compas zu erfaren.

Item ein Son uhr in eines jeden menſchen lincken handt. Alles durch Jacob Köbele beſchrieben. 8. mit holtzſchnitten.

In fine:

Getruckt zu Meintz bey Peter Jordan im Jar Chriſti M. D. XXXIIII.

In Bibl. Francof.

Valerii Maximi factorum dictorumque memorabilium libri novem. Moguntiæ anno M. D. XXXIIII. 12.

Ad finem:

Moguntiæ apud Ivonem Schoeffer menſe Septembri anno Chriſti M. D. XXXIIII.

Apud Carmelit. Mog.

Gaſſarus in Annalibus Auguſtanis ad an. 1576. perductis memorat = Hocce ipſo anno 1466. evulgavit Johannes Bemmlerus Augsburgi Sacra Biblia latinè nova typographica ea arte, quam Johannes Fuſtius apud Moguntiacam Rheni Metropolin ante ſedecim annos, primus hominum adinvenerat, ac tinctis atramento vernice adparato formis literarum, ad id initio characteribus ligno ſculptis, poſtea ex auricalco paratis, nunc verò ſtanno fuſis, inverſis, cartas & paginas pro libris, ſub prelo imprimere & excudere docuit. Cujus nobiliſſimi inventi rationem, aſcito ſolo Petro Schœffero, licet diu ſecretiſſime quoscunque, etiam operas celaverit is, intra paucos tamen annos ſcribendi illud non tam laudatiſſimum, quàm utiliſſimum genus

nus

nus latiùs emanavit, indiesque magis ac magis pulchrius inſtructum & orbi divino prorſus beneficio communicatum eſt, Joanne Gutenbergio Strasburgi (hoc ſupra jam correctum) Ulricho Hano Germano Romæ, & Sixto Ruſſingero itidem Germano Neapoli id exercentibus poſtea.

MDXXXV.

Placentini Jurisconſulti vetuſtiſſimi in ſummam Inſtitutionum libri VIII. &c. Ejusdem de varietatate Actionum libri VI. Moguntiæ anno XXXV. Cum Gratia & Privilegio Imperiali.

In fine:

Impreſſum Moguntiæ per Ivonem Schoeffer menſe Septembri anno XXXV. fol. min.

In Bibl. Metropol.

Petrus Jordan Lectori S. D. En tibi nunc iterum candide lector, cœleſtium rerum diſciplinæ atque totius ſphœricæ peritiſſimi Johannis Stoeffleri Juſtingenſis viri Germani variorum Aſtrolabiorum compoſitionem ſeu fabricam nec non eorundem uſuum ac variarum utilitatum explanationem ex poſtrema Auctoris recognitione ſumma diligentia ac pari fide typis noſtris cudenda præſumpſimus & in aliquot locis præcipue cum propoſitionibus tum earum expoſitionibus in in meliorem formam, quam antea fuerant, redigenda atque imprimenda curavimus. Vale.

Des Drucker Jordan Zeichen.

Sereniſſimo invictiſſimoque Cæſari Ferdinando Romanorum, Bohemiæ, Hungariæque Regi &c. inclytiſſimo dicatum. Anno ſalutis M. D. XXXV. Menſe Martio. fol. mit holtzſchnitten.

In fine:

Moguntiæ Petrus Jordan excudebat impenſis Petri Quentel civis Colonienſis. Anno poſt Chriſtum natum M. D. XXXV. Menſe Martio.

In Bibl. Francoford.

Aſtro-

Tempus nosce.

Temporalabuntur, tacitisq; senescimus annis,



Et fugiunt freno non remorante dies,

Omnia rodit edax, uel sint adamantina Tempus.

Aſtrolabii declaratio, ejusdemque uſus mire jucundus, non modo Aſtrologis, Medicis, Geographis, cœterisque litterarum cultoribus multùm utilis ac neceſſarius: verum etiam Mechanicis quibusdam opificibus non parum commodus à Jacobo Koebelio facilioribus formulis nuper aucta longeque evidentior ædita.

Moguntiæ Petrus Jordan excudebat Menſe Julii Anno M.D.XXXV. 4. mit holtzſchnitten.

Jordans Drucker - Zeichen.

In Bibl. Francoford.

Undergerichts Ordnung des Ertzſtiffts Meyntz, inn welcher ganz fleiſſig angezeygt, wie und welcher geſtalt an allen und jeden obgemelts Ertzſtiffts auch anderen undergerichten in recht gehandelt und procedirt werden ſoll und mag, ſchultheyſſen, ſchöffen, richtern und andern ſo an gerichten zu handeln haben vaſt dienlich und behülfflich, jezt newlich gemeynem nutz zu gut gemacht, geordent und auffgericht. M.D.XXXV.

Cum Gratia & Privilegio.

Am end.

Gedruckt zu Meyntz durch Ivonem Schöffer, als man zalt nach der geburt Chriſti unſers herren M.D.XXXV. Jar, vollendet an dem zehenden tag des Meyen. fol.

Des Ivo Schöffers Zeichen iſt beygedruckt.

Ad S. Jacobum Mog.

Friderici Nauſea. Predigte Evangeliſcher wahrheit &c. durch den Ehrwirdigen und hochgelerten herrn Fridrichen Nauſean der heiligen Schrift und Kayſerlichen Rechten Doctorn &c.

Gedruckt in der Erzbiſchofflichen ſtadt Meyntz in koſten und verlegung des erſamen und achtbaren herrn Peter Quentels burgers und buchtruckers zu Cöllen &c. bey Peter Jordan und ſeliglich vollendet

am zwey und zwentzigsten tag des weinmonats im Jar da man zelet nach Christi unsers lieben herrn und seligmachers geburt funffzehen hundert fünff und dreissig Jar.

Apud Dominican. Francof.

Der Römischen Keyser historien von dem abgang des Augusti an bis auf Titum und Vespasianum von Jar zu Jar durch Cornelium Tacitum beschrieben &c. Item das büchlein von der alten Teütschen brauch und leben auch durch denselben Cornelium Tacitum beschrieben.

Getruckt Meyntz bey Ivo Schöffern mit keyserlicher freiheyt im Jar M.D.XXXV. fol. min.

Am end:

Gedruckt in der löblichen und churfürstlichen statt Meyntz bey Ivo Schöffer, vollendet am zehenten tag des monats Marcii als man zalt nach der geburt unsers lieben herren Jesu Christi M.D.XXXV.

Am end: das Schöfferische Wappen.

In Bibl. Collegiatæ ad gradus Mog.

Notariats-buch. Mentz im Jar M. D. XXXV.

In Bibl. Colleg. ad gradus Mog.

MDXXXVI.

Nausea Epis. Viennen. Frider. In Divam Catharinam Serenissimam Angliæ Reginam funebris oratio. 3½. Fol. in 8.

Moguntiæ excud. Ivo Schoeffer. 1536.

In Bibl. S. Barthol. Francof.

Æsopi Phrygis & aliorum fabulæ, quarum interpretes & auctores sequenti pagina videre licet. His accesserunt Abstemii Hecatomythion secundum. quædam alio incerto interprete una cum selectis Poggii facetiis.

Moguntiæ ex officina Ivonis Schöffer Anno M.D.XXXVI. in 8.

In Bibl. monast. Amorbach.

In

Tab. VI. pag. 171.



In Codicis Dn. Juſtiniani Sacratiſſimi Principis ex repetita prælectione libros IX. ſumma à Placentino Legum interprete excellentiſſimo ante CCCC. fermè annos conſcripta & nunc primùm in lucem ædita.

Moguntiæ anno M. D. XXXVI.

Cum Gratia & Privilegio Imperiali.

In fine:

Moguntiæ in officina Ivonis Schoeffer anno Milleſimo quingenteſimo triceſimo ſexto menſe Martio.

Das Schoefferiſche Zeichen.

In Bibl. Metropol.

Summa Othonis Senonenſis de interdictis juditiisque poſſeſſoriis & eorum libellis per Juſtinum Goblerum LL. Licentiatum jam primum reſtituta & evulgata.

Moguntiæ excudebat Ivo Schoeffer.

Cum Gratia & Privilegio Imperiali.

In fine:

Moguntiæ excudebat Ivo Schoeffer menſe Auguſto anno a Chriſto nato MDXXXVI.

In Bibl. Metropol.

MDXXXVII.

